Refert Plutarchus in præceptis conjugalibus Solonem legem tulisse ne ſponsa ad maritum ingredereetur, antequam malum cydonium ediffet. ο Σέλινον ικίλινον τὸν γύμφων τὸν τομφίον συκαλέων μῆλον κυδώνιον κατατεγχόντας αὐτὸν θύμῳ (αἱ τοιαὶ) ὃν δὲ τὸν δέοντα σύμαχον καὶ φωνῆς καὶ ελαττόνων τοῖς τοῖς μῆλοις. Solon jubebat ſponsam cum ſponsa concubitetur prius manducare malum cydonium; inveniens eare, primam que ore & voce initur gratiam concentram debere eſſe & suavem. Cydonia malus quin ab urbe Crete ſic dicta nomen acceperit, nullus dubitat. Malum ſive fructum Græci non tantum cydonium, pro quo coroneum Latini, ſed etiam καθηματον vocarunt; uti apud Athenæum Hermon tradit, qui glossa ſcripsit, id eſt obſcurarum vocum interpretationes. Ερων δὲ τὸ Κεννακῖον γλώσσαι καδύμαλα καλεῖσθαι φοιτὴν κυδώνια μῆλα. Hermon in glossis Creticis καδύμala vocari tradit cydonia mala. Alii struthion cydonii genus ſic vocari ſcriferunt. Atheneus loco citato, Αλκιμείον δὲ τὸ τρυπίον μῆλον οὐτοὶ λέγου μηδὲ τὸ καδύμαλον Απολλόδορος δὲ & Σοσιβίος τὸ κυδώνιον μῆλον αἴκεντον. Alcman malum struthium (vocat καδύμαλον) cum inquit, minus quam codymalum. Apollodorus & Sosibius cydonium malum interpretantur. Hesychius καδύμαλον τὸ τρυπίον μῆλον, οὐ δὲ κυδώνιον, οὐ δὲ ἄρδευς οὔτε, οὐ δὲ κόσμος πελτηροχήλη. Alia Polemonis opinio, ut apud eundem Athenæum legere eſt. Πολέμων δὲ τὸ πικελῆ τοῦ Τίμαιον αἴδει τὸ καδύμαλον τὸν τοῦ πηγῆς ιστρίον. Polemon libro quinto ſui operis ad Timaeum floris genus eſſe inquit codymalum. Bellonius lib. 1. obſerv. cap. 17. amalancier vel malancier Gallorum, de qua ſupra egi, a Creteſibus codomalo vocari, ait. Fruticem Sabaudis ſive Allobrogibus malancier dicit, Cretenses codomalo appellant. Quod non patrum Polemonis ſententiam conſirmat. Cydonium etiam καδύμαλον vocatum fuit. Hesych. λασιμαλον μῆλον τὸ ἔχοντα lanugine. Iafimatum malum lanuginosum. Cydonium lanuginosum eſſe, nemo in dubium vocabit; ipsa id experientia teſtatur. Ideo Antiphilos in epigrammate ſupra citato, αἴκεντον τὸ δὲ μῆλον. Nec lanuginem nelexit Philippus, cum in quadam hortulanī cujuſdam anathemate ſic canit.

Μῆλον δὲ ἡδύπνοιο λεπτῆ πεποκαδύρον ἄχνη.

Malum & odoriferum, & tenui lanugine cecitum.

Virgil.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

Omnis interpretes cydonium exponunt. Plinius lib. 15. cap. 14. Pene peregrina ſunt in uno Italie agro Veronensi naſcentia, que lanata appellantur: lanugo ea obducit, ſtrigatis quidem ac Perſicisque plurima: bis tamen peculiariter nomen dedit, nulla alia commendatione insignitus.

An itaque λαπίσματος, malum lanatum Plinii à struthio diversum? an vero malum lanatum cydonii genus quod-dam non vulgare? Cæterum in antiquo codice locus hic aliter, quam in vulgatis legitur. *Sunt* Ἐ in uno Italie a-gro Veronensi nascentia, que lanata appellantur. Lanugo ea obducit, struteis quidem persicisque, plurimis tamen pecu-liare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus. Corrigit Hermolaus; lanugo iis obducta struteis quidem persicisque plurimis, &c. Ut sit sensus, lanuginem iis ob-ductam peculiare nomen dedisse, ut lanata dicerentur: etiam si persicis quoque plurimis ac cotoneis obducatur. Latini arborem malum cydoniam & cotoneam, fructum, malum cotoneum & cydoneum vocant. Ne quis vocum vicinitate decipiatur, monendum putavi aliud κρόδινον vel codoneum, aliud κρόδινον, cydonium malum de quo haec tenus egimus. Codoneum ficus hyberna, nuscique Persicæ species. Hesychius κρόδινον σῦκο χειμερινον, τὸ κρόδιον εἶδος Περσικῶν. Corrigendus Athenæi codex, τὰ δὲ κειμέ-
να, inquit libr. 2. σύκη, Πάμφιλος κρόδινος φυτον κυδωνιαν
τὸν αἰγαῖον, τοῦτο λέγεται. Αριστοφάνεος εἰρηκίνας εἰ λακωνικός γελώ-
σεις, &c. Pamphilus hybernæ ficus vocari tradit ab Achiv-
is cydonea, idque scriptum ab Aristophane in glossis. Malè
legitur κρόδινα, omnino scribendum ut series alphabeticæ
Hesychii ostendit, κρόδινα vel κρόδινα; quod non animad-
vertit is qui lexicon doctissimum condidit. Nec recte apud Eustathium κρόδινα, si recte per scribendum Hesy-
chius docet. Aliquando κρόδινος cydonium μῆλος sim-
pliciter ac sine epitheto vocatur, ut apud Galenum lib. 2.
κρόδινος cap. I. σύκη τὸν μῆλον, εἰ μετίλευ, ubi μῆ-
λον nil aliud quam cydonium. Malum cotoneam non de-
scribit Theophrastus. Vulgata quippe, &c ab omnibus co-
gnita arbor. Nullas cotoneæ notas eadem de causa tra-
didit capite de cydonio Dioscorides. Aliquæ tamen coto-
neæ notæ ex aliis peti possunt capitibus, ut cap. 175. lib. I.
ubi arbutum arboreum malo cotoneæ similem ait. Vide
cap. de arbuto capparim libr. 2. cap. 204. φύλλα προσγείωτα,
μῆλον κυδωνίας οὔνομα. Folia rotunda malī cotoneæ similia ha-
bere, inquit. De salviæ foliis hec tradit lib. I. 3. cap. 40.
φύλλα δὲ μῆλος κυδωνίας τοιχόντα εἰπομένετο μή τοι τὸ τεχνοῦ πέρι,
τὸ παχύτερον. Folia malī cotoneæ effigie, sed longiora, asperiora
εἰς crassiora. Lib. 4. cap. 73. folia solani somnifici pinguis
cotoneæq; malo similia docet. φύλλαν τοιχόντα λιπαρών, εἰς φε-
ρούς μῆλον κυδωνίας &c. Hæc de cydonia Diosc. Plinius unam
alteramque notam tradit, quæ ut plurimum, in cydonia

probibentque crescere parentem. Malus cotonea non valde magna arbor, ut plurimum humilis; sœpe etiam instar fruticis nascitur. Cortice tegitur aspericulo, squamas quasdam quandoque dimitte: ramos explicat aliarum arborum modo, sed à fructu, ut observavit Plinius, incurvatos; quin nec ipse caudex rectus esse solet, sed non nihil incurvus. Folia profert subrotunda, veluti vulgaris pomi, sed angustioria, levioria, carnosioria, duriora, superna parte virentia ac glabra, prona vero mollia ac albicantria. Flores albi vel ex albo rubentes, sylvestris rosæ figura, quinque per ambitum foliolis distincta. Fructus pomo non absimiles, nisi incisuris quibusdam quandoque cruentur. Figura & magnitudine differunt: quidam enim rotunditatis in orbem circinatae, minores; alii oblongiores, maiores; tertii se medio modo habent, omnes tenui pubescunt lanagine, colore aurei, vel ex auro lutei, odore suavi & fraganti, caput non unquam ferientes. Sapor omnibus austerus: caro interior lutea, semen nigricans in membranis, uti aliorum pomorum, conditur. In hortis colitur, floret mense Mayo, fructus autumno maturos reddit, mensibus Octob. & Novemb. Cydoniorum duo novit Dioscorid. genera, tria Columella, Plinius plura. Diosc. loco citato, ιαλιζας δι τη αγρινα (quidem ἀρρενικη) μικρος δι της τη σειρφηνης οδιδη πεπονης η λευκηρα σρουσια νη μεγαλη η θειη της οργανης. Ceterum cotonea eligi eportet, vera ac germana (mascula) qualia parva rotunda, & odorata sunt. que vero struthia & magna dicuntur, minus utilia censemur. Contrarium videtur docere Theoph.lib. 2. cap. 3. Quomodo conciliuent Theophrastus & Diocorides loco citato diximus. Columella tria genera recenset lib. 5. cap. 10. his verbis; Amerina, Syria, melimela, cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea. Antiquus codex chrysomelia, forte chrysomela, ut apud Plinius loco citato. Plura eorum genera chrysomela, incisuris distincta, colore ad aurum inclinata. Que candidiora, nostratio cognominata, odoris praestantissimi. Est & Neapolitanis suis bonos. Minor ex eodem genere struthia, odoratus vibrant, serotino proventu, præcoci vero mustea. Struthis autem cotonea insita suum genus fecere mulvianum; que sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa, simulachris noctium consciis imposita. Sunt præterea parva sylvestria, à struthis odoratissima, in sepibus nascentia. Quæ nostratio vocat Plinius ea sunt, quæ ἀγρινη vocat Diocorides. Cum inquit, minor struthia, & odoratius vibrant, id omnino de Neapolitanis intelligi debet: struthia enim majora, & viliora inquit Dioscorides. Eadem & Galeni sententia, libr. de sanitate tuenda ad finem capituli ultimi, των μελισσων μήλων τὰ μετέων η εἰδία, καὶ η πλούσια σρουφιν, η σρουσια πρόδοσιν οι ητη της ημετέρας Αρίας Ελλήνες, &c. Accipies succi malorum coronorum que duliora majoraque sunt, ac minus acerba; queque nostates Græce in Asia struthia vocant. Differunt hæc à cydoniis, quæ ἀγρινη, id est, vera germana vocat Dioscorides, quod sint minus adstringentia, ac duliora, proinde etiam in roborando ac adstringendo non æquè efficacia. Qua de causa Dioscorides mala struthia viliora dixit, cum aliquoquin quo ad faciem formamque exteriorem, sint præstantiora. Idem Gal. libr. 2. de aliment. facult. cap. 23. μόνη μεταξι τη σρουσια μήλων χυλός ιστι, οπας πλούσιος σχολαιος, προθαλασση ηδη ακρωδισιον, αλλ' ητιον οὐτε ηδης ηταίρει, η μάλιστα σύφιν ούτε ένας αποτοτης η τούτου χρείας πάσις πάσιν ιηγηνες οὐκαντένια ήτασσος. Σον Ιερείας ηδη τη κρασιού μέλιδρον πεπονοσταλαγωγη σωστησον ιδεισια μόσιμον ουτος οις Ρωμαιοι ιημιζεισι μεταν αώτοις λοπίδαι ιημιτες, σύγκετην οι οικομετριον τη Επαρχης λιλεισμηρης ιηφηνης άμα τη μίλην. Permanens est struthiorum malorum succus, quando paratus recte fuerit, quemadmodum & cydoniorum: verum hic minus est suavis, & maximè adstringens, quicquid ad ventricula admodum exoluti robur uti eo aliquando possumus. In Iberia autem edulium componunt, quod μαλιστασιωτη appellant, quod adeo durat, ut patine recentes ipso refertæ Romanam adferantur. Componitur autem ex melle & carne levigata, cocta cum melle. Veteres μαλιστασιωτη; hodie carnem cydoniorum vocant, eodemq; fere modo conficitur; nisi quod delicatores mellis loco, saccharum accipiunt. Caro hæc, sive, ut Latinè loquar, cydoniatum hoc ad multum tempus durare potest; non tamen uno modo conficitur, ut in notis ad Dioscoridem, si Deus opt. max. voluerit, dicatur. Cydonia quæ struthia dicebantur olim, magna fuerunt, ut ex locis jami allatis videre est. Ex austerioris, seu minoribus cydoniis cydoniatum non parabant veteres, sed ex magnis sive struthiis. Aetius terrabibl. 2. serm. 1. cap. penult. κυδονιάταν ονυματικα. ονυματικα οι καρδιαλιδη μήλων, καὶ κυδονιαν μεγάλων, ονυματικαν τη φλοιον. καὶ της ονυματικης καρδιαλιδην τη χυλου ηδη πάκκου, id est,

Cotonea struthea communis.



conspicitur. Sic inquir, lib. 15. c. 11. His (pinneis nucibus) proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Graci cydonia ex Creta insula advecta. Incurvatos trahunt ramos,

cydoniati preparatio. Preparatur etiam ex malis, & cydoniis magnis, cortice & internis granis exemplis, deinde confusis & exsiccatis, & succo per panniculum excolato. Recet itaque ab Athenaeo notantur Philemon, & Nicander glossarum auctor, quod cydonium vulgare sive potius omne, crediderint struthium vocatum. Nicander oī οὐατηρίδης τεκνίδων μῆλα τὰ σπούδαιά φυτα παλέσσει, ἀγνοεῖ. Γλωσσίδες γὰρ ιστοι, δέξαται λέγοντας, τὸν ἀπορεῦντα εἶτα μῆλα παλέσσει, φωλιάς τροφήσει. — καὶ Φίλιππος οὗτος αὐγεῖνος τὰ κυδώνια μῆλα σεργεῖται. Nicander Thyateirenus cydonia mala struthia vocari tradidit, sed ignoranter. refragatur enim, quod Glaucus memorat, dum ait, esse ex fructibus præstantissima cydonia mala, phulia & struthia — Philemon in opere rusticō, cydonia mala struthia vocat. Tār̄ ἀρχόδημα non interpretatus est interpres. Latē vox hæc accipi debet, ut alibi diximus, noa stricē, nec vulgari significatu, ut lib. 2. cap. 7. docuimus. Nam nullum cotoneorum genus duro clauditur tegmine, nec inter nuces recenserit porest cotoneū; quomodo hanc vocem exponit epitomator Athenæi. Kā-
euon, inquit, οἱ Αἰγαῖοι, καὶ οἱ αἴδοι συνέσθετοι κοινῶς πάντα τὰ ἀ-
γράδια, καὶ ταῦτα λέγουσι. Attici aliquique Historiographi vulgo
ἀγρόδημα, id est omnia duro cortice tecta, κάρυα, id est nuces
vocant. Latē accipi debet, prō omni fructu. Suidas, ἀρχό-
δημα καὶ τὸ δέρμα τάντα, οἱ δὲ δέρδων καρποί. Fructus ar-
borei omnes, vel ut aliis placet, omnes arborum fructus.
Hoc sensu etiam apud Theophrastum reperitur in chara-
cterismo τῷ βεδίλεῳ impuris. καὶ πληθύσοντες τὸν αὐγρότερον
τόπον τὰ νερά τὰ μῆλα. ή τὰ ακρόδημα, σπικώς τεραγηματίζε-
δης ἄντα τὸ πολεμῶν ἀελιάτων. Vertit hunc locum doctiss.
Casaubonis, ac quando maxime frequens est forum, ad nu-
ces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens ibi-
que stans, dē is comedit, sermones interca cum eorum ven-
ditore serens. Malè verò audit, quod τὰ αγρόδημα interpretatus sit,
& reliquos fructus omnis generis; quod verū esse
inquiet, si quidem legeretur, καὶ τὰ λοιπὰ ακρόδημα, ut a-
pud Berolsum, φοίνικας, μῆλα, τοὺς τὰ λοιπὰ ακρόδημα. Certe
qua in re errat doctissimus interpres, non video. Si
enim αγρόδημος omnis generis fructus significet, ut expo-
nit hanc vocem Suidas, cur non licuit Casaubono ver-
tere, τὰ αγρόδημα, & reliquos omnis generis fructus. Nullam invenio rationem; nisi forte placebat, vocem reli-
quos omitti posse, ac verti, ad nuces, mala, & fructus omnis
generis accedens. Sed videamus, quomodo ipsi, qui Ca-
saubonum redarguunt, hanc vocem exponant. Vides, in-
quiunt, τὰ αγρόδημα, à nucibus & malis distinguere (Theo-
phrastum) mala sive poma, Grammatici à nucibus, sic disser-
nunt, quomodo supra ostendimus. Αγρόδημα igitur sunt baccæ,
hoc est fructus sylvestres & minores, quos à pomis & nuc-
bus separat, &c. Quasi vero Theophrastus τὰ μῆλα non
promalo ac omni pomo, uti τὰ κάρυα pro nuce regia, ac
omni fructu duro cortice tecto, accipere potuerit; nec
alii fructus reperiuntur. quos αγρόδημος nominis intellige-
re voluerit, puta cerasa, pistachia, castanea, pruna, a-
mygdala, & similes fructus. Quicquid sit αγρόδημα pro
baccâ poni, non facile persuadebunt. Ceterum parvum
cydonium Belgæ Quee-appel vocant, struthium Quee-
peer, chrysolemon gout-geele Quee, musten vroe-
ghe Quee. Videor mihi tractare cydoneorum historiam,
cum de medicis malis sermo sit apud Theophrastum. Hoc
occasione aurei mali contigit; ignoscere lector, quod à sco-
po & methodo aberrarim.

"Ezei j̄ t̄ δέιρδηγη, &c. Locus hic correctior apud Atheneum reperitur. εζει j̄ t̄ δέιρδηγη τοῦ Φύλλου μὲν ὅμοιος εἰς χιλίου τοῦ τῆς δάσους, ἀλλογόνη, (male à ἀδερφήνες) καὶ καρπίας. Arboris folium lauro, adrachne, nucis folio simile est, & ferit par. Lauro simile esse ipsa docet autopsia, testatur Mantuanus Poëta.

*Ipsa ingens arbor, faciemque simillima lauro,
Et si non alium latè jactaret odorem,
Laurus erat, folia hanc ullis labentia ventis.*

Doctiss. interpres ad hunc locum. Sane etiam hæc prouabant citrum non esse. Nam citri arbor multum non potest crescere. Duas confundit arbores, citrum $\frac{1}{2}$ aov , & citrum medicam malum. Ingentem dixit Poëta arborem à formæ venustate, non à magnitudine. Potest etiam ingens dici, quasi præcellens, quod odore præstet. Magna enim non usque adeo arbor est. Plinius non ~~ad egyptum~~ sed unedoni folium comparat, *Folium*, inquit, *eius est unedonis intercurrentibus spinis.* ~~Ad egyptum~~ unedonem vertit, vel quod minus nota suo tempore, vel quod in Latia lingua aptius non extaret vel occurreret verbum. Quod etiam de myrrha fecit, ubi Theophrastus dixit, $\phi\text{aior j} \frac{1}{2} \text{eis} \text{a}\text{ior}$ $\text{e} \text{a} \text{u} \text{o} \text{r}$ ~~ad egyptum~~ Plinius vertit, *corticem levem similemq; une-*

doni. Nec omnino inepte; quippe, ut supra diximus, tradit adrachnem similem esse unedoni. Vide caput de arbuto lib. 3. cap. 16. Mathiolus in eorum sententia se perstisso scribit, qui *ārn ā dōgχns*, ut in vulgatis legitur codicibus, legerent *ēgχns araneorum tele simile*, usque inde eum revocari Plinius. Quippe cum acuratus, inquit, Plinium perlegissim, compri Theodorum, alioquin *vivum & Grecum natione, & Latine lingue* peritisimum, male Theophrastum hoc in loco fuisse interpretatum, & vocabulū significatum minus rectè accepisse: siquidem, ut apertissime declarat Plinius lib. 13. cap. 22. adrachne est arbor arbuto admodum similis. Inquit enim, adrachnem omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, *cū m illa sit herba, & andrachne vocetur, unius literæ diversiæ*. Ceterum adrachne est sylvestris arbor, similis unedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente. Hinc ergo facile colligi potest, huic plantæ, que arbuti frondibus perpesuo virescit laurinis similibus, medicam mali foliis comparasse Theophrastum. Vidimus Mathioli sententiam. Quid pro Theodoro responderi debeat, ex iis quæ de adrachnes voce expoluimus, facile percipiet lector. Videamus argumentum eorum qui *ēgχns* legendum censem. Hoc autem est, quod mali Medicæ folia sint ubique minutis admodum punc̄tis perforata, ita ut linteoli spissioris modo sint transparentia: ideo inquiunt, facile telis araneis comparari possunt, ac facilis unius alteriusve literæ lapsus. Horum opinio non placet; quippe multa folia punctis transparentibus constant, hyperici folia hujusmodi punctis perforata, undæ perforatae nomen accepit; quin nec ipse laurus punctis hilice caret: Nemo ramen hujusmodi folia *ēgχns* similia dixit. Vera lectio *ādōgχns*; quā Athenæus comprobat, ipsaque experientia docet citri folia, lauri, & adrachnes similia esse, immo adrachnes folia adeo laurinis similia Honorius Bellus tradit, ut solo odore à lauro dignosci queant. Citriæ igitur mali folia cum laurinis similia sint, recte cum adrachnes foliis comparari possunt.

Auctoritas &c; oīas nō est, &c. Nemo non videt scribendū aīas, vel oīas & iīas deīas & oīas. Sed altera lectio placet, idque quia apud Athenaeum habetur. Sunt tamen qui codicem Theophrasti corruptum scribunt, & corrigunt oīas iīas aīas oīas deīas delecta particula &c; & interpretantur, spinosa pirus. Rationem hanc adferunt, quod Graeci aīas vocant urbanam pyrum, quae spinis caret, eoq; nomine δέντρον αἴγαρον distinguunt, quae spinis hispidatur, idque etiam ipse facit Theophractus. Recte pyrum sativam spinosam negant; sed aīas pro & αἴγαρος aliquando non posse, nego. Apud ipsum Theophr. locus extat in quo pro pyrastro ponitur. Is est, libro primo de caulis cap. 17. δέντρον αἴγαρον συμβαινει. οὐδὲ οὐσία
αἴγαρον οὐ μητρός ιδε. Αīas τος αὐτος αīas, quod in pyra sylvestri perspicere licet: hæc enim facilius quam urbana eisdem proribus de caulis germen emittit.

Tό δέ μηδος τούτοις ιδίσται, Athenaeus loco citato, καὶ οὐδεὶς
υπότιμος θεωρεῖ τοῦ Φροντίδος μὴ ιδίσται αὐτό. ὅποιος γε τὸν μήδοντον
τοὺς πάκτους, οὐ μηδὲ γεράνιον οὐδὲ δίδυλον· αὐτὸς τοῦ μέγα κεραῖος αἴ-
πεπιγένεται τοῖς κιβωτοῖς ως τοῖς ιματίαις. Vestrum autem neminem
in admirationem trahat quod ille prodidit, pomum non man-
di, quandoquidem ad usque memoriam avorum nostrorum nul-
lus comedit, sed cum vestibus in arcis reponebatur, ut res
quædam ingenitis pretiis & thesauro digna. Plutarchus, se-
culo uno antiquor, suis temporibus parum adhuc id fuisse
in mores receptum tradit, additique plerosque senio-
rum, qui tunc superstites erant, insolentes ejus cibi, peni-
tus abstinuisse. πολλὰ γένεται, inquit, τοῦ άγαντον η ἀρχότας οὐδεποτε
περιγέγενετ, οὐδετέραν πέπονται: multa que nemo antea gustare aut e-
dere voluisse, suavissima sunt facta. Exempli loco adfert,
ονομέλι, vulvam, cerebrum, siccypeponem, piper & hoc
ipsum citrillum. Eadem Plinius tradit, cum inquit, po-
mum ipsum alias non manditur.

Καὶ αὐτὸν φύλλον τοῦ διδύσεν, &c. Athenaeus. τὸ οὖς μῆλος
σὺν ἴδεσσαι μὲν, σύνημον δὲ πάντα καὶ τοῦ. Εἰ τὰ φύλλα τοῦ διδύσεν,
καὶ εἰς ιατρικά περὶ τὸ μῆλον ἀγνοεῖ διατελεῖ. Fructus quidem non
manditur. sed odorem apprimè jucundum spirat, sicut &
folium arboris. malum vestibus interpositum, ne à tineis
perforentur servat. Scribendum ergo apud Theophras-
tum, καὶ αὐτὸν Εἰ τὸ φύλλον τοῦ διδύσεν. Plin. loc. cit. Popum ip-
sum alias non mandit, odore præcellit, foliorū quoque, qui
transit in vestes una conditus, arcetque animalium noxias
(noxas) &c. Optime hunc locum expressit Oppius a-
pud Macrobium libr. Saturnal. 2. cap. 15. Est autem o-
doratissimum, ex quo intrejectum vesti tineas necat. Pe-
sante Theodorus, inoffensas servat. Tinearum proprie-
tates, perforare. Unde οὐτούς τι ιατρικά, vestes tineis pertusae,
item ἄργη, que à tineis illæsse sunt.

Xεργίσματος ἐν ταῖς τεχναῖς. Ex Athenæo constat, hæc mutilla esse. Locus hic in hunc sensum apud Eundem legitur; Χεργίσματος ἐν ταῖς τεχναῖς τοῦ πεπονοῦ θεάσθητο φάρμακον, δοτήσας εἰς οὐδὲν διεκόπτει τὴν πεπονίαν, καὶ ἵξαται τὸ φάρμακον καὶ τοὺς σύνερτος ἴωσθε. Vertunt. Est etiam is utilis si quis lethale venenum biberit, quia potus ē vino alvūm turbat & venenum exigit, & haibutum commendat. Nullo modo turbat alvūm citriūm, alvi fluctūm temperat & lenit. Verit Oppius; Fertur etiam venenis contrariis; quod potum cū vino purgatione virium suarum bibentes servat. Verte. ē vino exhibitus ventriculum penetrat, ac per poros educit venenum. Sensus enim est, ventriculum penetrare, ac vires suas per venas ad cor dimittere, ab eoque venenum propulsare, ac per poros foris expellere. Menterem Theophrasti non affsecutus videtur Dioscorides. Διαρραὶ ἐπειδὴν αὐτονομοῦται παρασημοῦσι, ριζίλαυτοι τετραγωνοί. Malum in vino bibitum venenis resistit, alvūm subducit. Non subducit alvūm, sed fistit potius. Manifestam enim adstringendī vim haber. Nisi forte placeat, veneno adeo resistere, ut in uno eodemque corpore, alterum cū altero durare nequeat, quodque debilius est expelli. Vel quod adstrictis partibus, superioribus inferiora expellantur, quomodo cydonia alvūm movent. Venenis resistere non latuit Virgilium.

*Media fert tristes succus tardumque saporem
Felici malis quo non presentius ullum,
Pocula si quando seva infecere noverce,
Misceruntque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membrum agit atra venena*

Extat apud Athenaeum lib. 3. cap. 6. facinorosorum
ad serpentes dominatorum, qui ab eis citri mali liberi ac
salvi evaferint historia. ὅτι καὶ τοσολαμβανόμενον τὸ κίτρινον
πάντας τούτοις ἐργάζεται καὶ μέρας αὐτοφέρειντον οὐ πάντος διαληπ-
τίου, οὐδὲ εἰδὼς μετόπολιτον τούτον πιστεύετο τίνι τῆς Αἰγαίου πε-
ριφέρειν. οὐτούτοις πάντοις πάντας πολεῖν βοσχεῖν μεμνηθεῖν
εὐρεῖντος, καὶ οὐδὲ αὐτής ἀπαρτοῦσα τοῖς λόγοις τούτοις φεύγειντος.
ἴστοις δὲ αυτοῖς οὐ τοῖς λόγοις οὐ παντοίοις διατελεῖντον θέατρον, καὶ
τοὺς οὐδὲ μετόπολις περιτίλεσσούσιν, οὐδὲ καί τινες οὐδὲ εἰδίνονται κι-
τεῖσι, καὶ λαβόντες ἄφεσσον, καὶ μετ' οὐ πολὺ τούτοις πελα-
γεῖς; οὐδὲ αὔρατοις τούτοις ταῖς ἀσπίσις δικράνεται, οὐδὲν ἔπιπλον αἴπο-
εια δὲ πετεῖται ἢ ἀρρώνι. καὶ τὸ τελευταῖον ἀνακρίνεται τὸ αὐτὸς Φι-
λία ποντούς σχετικάντων, εἰ πέφασσον ηὔπονον, οὐδὲ μετέψεται καὶ τὸ αὐτὸν ιδίαι-
ογειον τὸ κίτρινον διδόμενον, τὴν ἐπικούρην τούτην ημέραν, τῷ μὲν πάλιν
ἐπελαστε διδόμενον κατέριμον, τῷ δὲ οὐ. καὶ οὐ μέν Φεβρουάριον δικράνεις, οὐδὲν ἔπιπλον
ἔχει τούτην τὴν πληρεῖς αἴπολις. διαμιγδόντος γὰρ δια πολλῶν τοῦ
τοιούτου, εὐεῖδε τὸ κιτρίνον αὐτοφέρειντον πάντας διατητοῦ Φεβρουά-
ριον, ἐλαύνει τὸ σύ μιλτόν Αἰτίην ὅλον τὸ κίτρινον οὐδὲν Φιλέως. οὐδὲ
Ψύρη μετά τοῦ σπερχεούσας, διαλιέστη μὲν ἐν τῷ μέλιτι, καὶ οὐδὲν αὐτὸς
λαμπτεῖνται εἴσοδον δέοντα τρεῖς δικτύους οὐδὲν ὅπερ τὸ Φεβρουάριον
πιστεῖται. *Sumpsum vero citriū ante quodvis alimentum,*
siccum pariter ac humidum, omnibus venenis resistere, ego
satis novi, à cive meo id edocitus, cui Aegypti mandata fuit ad-
ministratio. In maleficio deprehensor quosdam ille ad ser-
penteum morbum damnaverat, quos oportebat omnibus hujus-
modi bestiis lacerandos obici: productis illis, & ad Theatrum
euntibus destinatum latronium supplicio, in via forte caupo-
naria quedam misericordia commota, quod in manibus sum
habebat, ac rodebat, malum citriū dedit: acceptum vero illi
commederunt, & paulo post ingentibus ac ferociissimis angui-
bus oblati, commorsique ab aspidibus pūbilī lesi sunt, Helita-
bundo & attonito judge, qui tandem cum illorum custodem
militem interrogasset, numquid bibissent, aut edissent: ut
idcomperit, quod acciderat, nimirum absque dolo illis citriū
fuisse traditum, postridie alteri rursum dare iussit, alteri mi-
nimè. Percusso hic confessim periret, illāsque altero qui ci-
triū commederat. Indeque multis id expertis cognitum
est, citriū adversari venenis omnibus. Quod si quis citriū
integrū, & quale natura est, cum semine, in Attico melle
coquat, donec liquatum tabescat, & ejus liquoris matutino,
tres quatuorve sumat, tutus erit, à venenatis omnibus me-
dicamentis.

*ταῦτα τις εἰπόντες. Athenaeus hæc verba aliter, τις δέ τις
ιψήσος σε λαμβάνει, οὐδὲ ποτε τούτοις τοῖς μηδὲ εκπλικώτεροι εἴσι τούτων
ηγήκαστορθότης ποιεῖ τὴν ὁμοιότηταν. Corruptus Athenæi codex. Lege ut apud Theophrastum scriptum est. Plinius in
loco citato. Hæc est autem cuius grana Parthorum proceres
incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia.
Virgilius.*

*Flos apprime tenax, animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.*

Senibus medicantur non succo, sed cortice in messe
præparato & condito.

Σταύρωσις σὲ τὸν ἡρῷον. Apud Athenaeum & hic locus pau-

lo aliter. Σπειρίται ἢ πεῦτο θέρος εἰς περιστάτην αὐτήν τούτην σπειρασθεῖσαν πεπελᾶται. εἶτα ἀρδεται μέσος πάστης ἡ πυρπτηνή κηραια, ὅπου ἐστὶ ἀδερφή, ἡ διαφυτευτη παλαιός θέρος εἰς χωρίον μαλακή, ἡ οὐφοργή, νέας ταύτας λεπτός. Malè legitur εἶτα ἀρδεται; recte ἀδερφή τοι. In Basileensi & Aldino codice, οὐταν εἶτα αδερφή γρ. Omnino scribendum ἀδερφή τοι. Malè in eisdem cod. legitur, νέας ταύτας λεπτός. De plantatione citriorum hæc tradit. Cass. Basilis lib. 10. cap. 7. τὸ κίτρινον φυτόν τον μεταποιεῖν τῶν λογισμίων ιατρίνης ζεῦξις ἐνδέσμονα, μήνος ἢ τοῦ τοῦ δόδοις ὄλων τοῦ δάκρυου, τῶν τόπου αφύπνηται, τῶν βρεφῶν ἡ βλαστήσις τοῦ ἡρακλεῖ τοῖς ζεῦξις πάστη (αὐτοὶ Παλ.). φυτεύεται, οὐα τοιχίου περιττού πάρκεται μέρη, τούτων πάστης ἡ μέση τοιχίου φυτεύεται, μηδὲν τοῦ τοῦ κληροκοτοῦ τοῦ κιλοκοτιών, τοῦτο (M. S. κιλοκοτιών. ζεῦξις) γέρας παντοφυτεύεται παπαζήσιον, τοῦτο τὸ δέ τοῦ κιλονούς αστερίς ειπεται Διόφυλαττεας) M. S. φυλακτίσιον) διότα τοῦ λαβανίστησαν τοῦ παχύτη (πυρήνα) κληροκοτεῖ τοῦ κιλοκοτιών (κιλοκοτιών) κοινωνικής τοῦ ζεῦξις τέφρης τοῖς φίλοις τοῦ κίτρινου περιποιεῖται λέπτη, εἰδεῖται ἡ γέρας ὥστε τοῦ κιτρινοῦ τοῦ φυτεύματος προφέρεται τοῦ μέσου τοῦ παχύτη τοῦ λαβανίστησαν τοῦ πυρήνα, μεταξὺ τοῦ τοῦ ομητελούς, &c. Citrum plantandum est ab autumno usque ad aequinoctium (Theophraste de plantatione ex semine, hic ex olea agit) vernum. Gaudet aqua larga (idem Theophrastus) Εἴ sola omnium arborum ab austro operem sentit, a borea vero leuditur. Ceterū juxta muros citrum plantandum est, ut munimentum habeat adversus septentrionales partes. Circumdatur περιγένεται strīs, Τοῦ maximē cucurbitarum surmentis. Naturalem enim quandam contrarietatem habent, ut ipsum a frigore lesum tutentur. Quia propter lignosiora Τοῦ crassā surmenta cucurbitarum uremus, horumque cinerem radicibus ceterī spargemus. Verum nosse expedit, quod citrum, si inoculetur, scirele erit; quare juxta modum infusio[n]is per carnem insecreto convenit, quemadmodum Τοῦ vites. Idem Cap. sequentiū τοῦ θεοφραστοῦ τοῦ κίτρινου παντοφυτεύονται, ἀλλὰ τοῦ δόδοις κηραιας κηραιοποίουν Τοῦ κλανίου, οὐτας τοῦ τοῦ δόδοις γενετηραντού τοῦ τοῦ δόδοις αρχής Τοῦ κλανίου, τοῦ ιγγωνιστού. αἰδητοῖς τοῦ κιλονούς τοῦ βλαστού, αἰδητοῖς τοῦ κηραιας οἱ τοῦ τοῦ παντοφυτεύονται, τοῦ τοῦ δύναται παντοφυτεύεται τοῦ κηραιας Τοῦ οὐφοργής αὖτος. Εἴ τοῦ δέπτον μεγάλον εἰς τοῦ γῆς πηγήν πηγήν, εἰ συνεργάτους τοῦ τοῦ συνεργάτου (legend. συνεργάτων) τοῦ φέρον. Quidam citrea non solum à talea plantant, sed etiam à clava, incurvato videlicet ramo, atque ita duo rami principia inserbent depinguntur, Τοῦ δορυντι, ipsiusque germen sursum erumpit ē fornice, si ita dicere licet. Quidam nodosas citrii plantarum taleas, que incurvati non possunt, secundum caput plantant, crassiore parte sursum, tenui in terram desixa, Τοῦ cinere cucumeriariorum simul in eccl.

Φίλοι δὲ τὰ μηδὲ πάσας ὡραῖς. Idem Athenaeus, nisi quod non multo diverso sensu habeat interittere. Hunc locum male vertit Plinius. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis maturescensibus, aliis vero sub nascientibus: Quod dixit Theophrast. πάσαις ὡραῖς quovis anni tempore; Plinius negligenter, omnibus horis, & τὰ δὲ οὐτισταὶ, aliis maturescensibus, τὰ μὲν ἀφίενται aliis cadentibus, Verte, fructum fert omni anni tempore: alia enim præcarpuntur, alia florescent, alia coquuntur, id est maturescent, Hoc enim iunxit significat. Non ineleganter Oppius apud Macrobius. Generantur autem in Perside omni tempore mala citria; alia enim præcarpuntur, alia interim maturescent. Optimè interpretatur hunc locum Palladius in Martio. cap. de citreo. Afferit Martialis apud Asyrios pomis hanc arborem non carere, quod ego in Sardinia & in territorio Neapolitano in fundis raei compresi (quibus solum & cælum tepidum est, & humor exundans) per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba substituant, acerborum vero etatem florentia consequantur, orbem quendam continua fœunditatis sibi ministrante natura. Dioscorides φυτὸς γένους τοιούτου δὲ οὐ τοῦ ιταλοῦ λέγει. Est enim arbor omnibus anni temporibus fructifera, aliis atque aliis vicissitudine perpetua nascensibus. Maledictus ergo Plinius, & ex eo Theodorus, omnibus horis πάσαις ὡραῖς in Græco est, πάντα καὶ τοιούτα. Hesychius δὲ τὸ ιταλὸν οὐ λέγει. Antiquissimi Græci δὲ nunquam de diei hora posuerunt, sed de tempore anni. Quod non ignoravit Servius, cum de citrio sit. Hæc arbor citri omnifere tempore plena est pomis, que in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in florescenti posita. Eleganter ex Græcorum sententia πάσαις ὡραῖς vertit: nisi placeat Servium hæc ex Palladio hauiisse. Cæterum in eodem, quo Plinius, errore interpretarem Herodoti, virum longe doctissimum, reperio lib. 2. τοῦ δὲ οὐρανοῦ συμβάντος θερινού mesey eis τὸ δέκατον ὡραῖς, imperite horas reddidit; cum tempus dicendum esset.

Ex pietro ex eis locutus. Apud Athenaeum cum pietro antiquo trans-
scriptum est, Vulgata Theophrasti lectio non displicet;
quanquam & Athenaei tolerari potest.

Citrium.



Fructum eleganter describit Dioscorides *αὐτὸς ἐπομένος*, ιεροῦ πολιτείου, ζευσίζεν τῇ ζεύσῃ οὐώδης μὲν βαρεγεν, επίειχεν ἄπιν ιονος. Malum vero ipsum oblongum est, rugosum, aureo colore, cum gravitate odoratum, ac pyrifemem habet. Malus Medica arbor est mediocris, non ita magna, brevi trunco, cuius rami longi, crassi, firmi, lenti, obsequiosi, cortice viridi vestiti, acutis quidem spinis, sed non frequentibus, pluribus tamen quam aurantiae prædicti. Folia oblonga, lata, laevia, viridia & splendentia superne : inferne pallidiora sunt, nec multum splendentia, odorata, per ambitum ferrata, alioquin laurini non dissimilia, majora tamen & ad juglandis magnitudinem accendentia, junctura quadam pediculo inhærentia : solisi obviciantur, instar foliorum hyperici, foraminibus visum ferè effugientibus undique punctum trajecta. Flores candidi, saepiuscule forinsectis purpurascentes, calathi effigie, solidi, odorati, staminibus in medio tenuibus ac capillaceis. Fructus magnus est & oblongus, cucumere aut melopepone non raro major, quandoque minor, & limonia mala non multum magnitudine excedens, cortice per maturitatem flavescente, sive diluto aureo colore, tuberculis nonnullis exasperato, odore gratissimo. Subest caro cum gravitate quadam densa, dura, firma, candida, crassa, edulis, aromaticum quid resipiens, sed exiguum, & neque acris, neque acida, sed ferè qualitatis gustabilis expers. Interior medulla, non multa quidem, succo crudo plena turget : quæ semen continet, hordei grano majus ac crassius, cortice duro tectum, substantia interiore albida ac amara. Semper hæc floret, fructuque maturo, & immaturo onusta est. Sunt inquit Doctiss. Clusius, qui fructum nascentem figulinis formis variis figuræ exprimentibus includunt, a que ita relinquent, donec fructus maturitatem consequatur ; tum denum formas auferunt, ut malum nativum colorem adsciscat jucundo sane spectaculo. Res hæc nova non est, quippe Græcis cognita recentioribus. Caiian. Bassus lib. 10. cap. 9. οὐδελόγεοφον τὸν πεσεψιμονον καρπον ποιήσις εἰς αὐτοσπον αὐτροπον. η ἄδειον ζύον, κατεὶ τὸν τερψιον. αὐτοτάσσεται τούτο χρύση πλάνη, η λαστες φυγῆνας (pal. M.S. φορητας malc) πάντες οὖσι πρι, διμερεις. ποιήσεις εἰς τοπονον κατεῖσθαι οὐτε συνεργούσας. ξηρόντας οὖν, οτι ποιεῖται καρπον. ο παν δὲ ο καρπος το ημιον της ιδιας αὐτοτάσσει, κατεῖσθαι της το πονος, ασφαλιζεν δεσμοις επιμελῶς, ινα μη διατασθωσι δει της ανέκρετος τοις απειλημανον, ειναι αποιον, ειναι μηλον, ειναι τοιον η κιτελον ιπαρχην κατασταξην τοις το πονος. συντομως η τούτο ιπατην λαστεδεις της οπωρης συμβανει γίγνεσθαι οιο εις το πονος μεταλυμενος ιθεις πε, αυξανειν ιατω. id est, predilectum citri fructum simulachri formam reddere facies, vel humanæ faciei, vel alterius animalis, hoc modo gypso aut luto quicquid voles integrum, & perfrigeratum in duas partes instrumento quopiam acuto fecas, ita ut anterior & posterior

pars coaptari ac committi queant, indeque siccatum in lignina torres. Quum vero fructus ad dimidiam partem sui amenti pervenerit, formas illas circumdati vinculis diligenter munies, ne ab augmento ejus quod circumdate est dividatur, sive in pirum, sive malum quodcumque, sive punicum aut citrum fuerit, & suscipiat omnino circumdatas, & ut in summa hoc dicatur, fructus omnes pomorum, in animalium formas exprimendas coget, quos in formas excultas impositos & inclusos augejere permittas. Fructus, ut dixi magnitudine variant : quædam enim citria in molem excrelent melopeponibus paria, ita ut ad pondus libraru[m] decem nonnunquam perveniant, ut memoriae prodiderunt Cardanus & Desinerus; nullo ferè succo sunt, adferuntur ex Liguria, & Adriatici maris insulis. Citria alia limonum reperiuntur magnitudine, alia paulo sunt majora, qua potissimum cibis expetuntur, & a lacu Lenaco asportantur, & pomcires quali poma citri vocari Lugdunensis tradit. Forma etiam differunt, nam alia prælonga, alia rotundiora, aliaque forma hominum industria conformata spectantur. Quædam sapore remissiore, quædam vehementiore. In colore etiam differentia observatur, nonnulla dilutiora, alia saturatiora sunt : viribus tamen non multum inter se differunt. Citria majora hanec agnoscent differentiam. Quædam sunt pulpa plurima, a Cæsalpino Botanico non incelebri ponires dicta. Idem ea a eitriis melopeponis magnitudine distinguit, & ponires inter limonia & aurantia ambigere scribit. Gustui non ita placent, sed quia pulpa multo plus habent, officinis expetuntur, saccaro vel melle asservanda. Mali medicæ genus quoddam fructu ingenti tuberoso reperitur. Fructum citrangulum à recentioribus vocari quidam contendunt, negant alii. Infirma, inquit, *etas citranguli facit mentionem*. Avicenna verò & Mesues citranguli meminerunt. Docti dubitant an aurantiae sint. Certè citrangulus est *καρπος*, quod quidam interpretantur, *citreum malum majuscum*, *cucumeru[m] facie*. Quod contra rationem compositionis est, que potius postulat, ut *καρπος* sic appelletur *citri colore*, Greci recentiores *καρπος* vocant cucumerem. Inde *καρπος* citrius cucumus. Nam alii sunt viridiores, alii pallidiores, & citrei coloris, alii nigri. Sic *ζευσικόν* est *aureum malum*. In hujusmodi quippe compositionibus adjectiva præponuntur, substantiva sequuntur. Citrinos cucumeres vocat Plinius, qui sunt *καρπος*, vel citranguli. Cucumeres *καρπος* vocatos esse concedo : at citrangulum Avicennæ & Mesues cucumeris esse genus nego. Idque his rationibus, quod Mesues duodecima distinct. capit. Oleo de pomis inscripto, eligendum scribat citrangulum antiquum, at ullū cucumeris genus servari potest, statim enim putrescit ac corruptitur. Tum quod citrangulum pomum dicat, quod de cucumere nemo facile dixerit : pomum enim arboris fructus. Accedit quod adversus atritidem citrangulum prescribit. *Cortex citri ad malum* hoc prætans, inutilis cucumer. Denique quod eodem capite mentionem faciat citri & citrangi, tanquam ejusdem facultatis. At contrariis Pollent facultatibus citrum & cucumer, nisi quod utriusque refrigeraret succus. Citrum morbis pestilentialibus resistit, eosdem producit cucumer. Ex his citrangulum cucumeris genus esse nego. Sed illud citri genus, (limonia malus) quod facie cucumeris est, ad citriorum classem referri debet. Malum medicam magnitudine refert, virentibus ac spinosis ramis, ac foliis lauri æmulis. Folia tamen sunt limonia breviora, spinæ minores ac breviores ; flos foris purpurascens, intus candidus. Fructus oblongi & crassi sunt, citrii tamen minores : cortex luteus, amaricans, & suaveolens, sed tenuis ; cui caro albida, sed valde exigua accedit. Copiosam autem hæc mala medullam habent, succo prægnantem & redundantem, qui & acidiōr est. Semina in hac continentur veluti citrii, sed minus amara, ac frequentia. Facie & facultate fructus hi differunt : quidam oblongiores, quidam asperiores, cortice crassiore cucumeris aut melonis effigie, alii cortice laeviore, tenuiore, succo acidiore. Quadriplex Cordo genus, anserini ovi forma & magnitudine. 2 minus globosum utroque capite veluti umbilico insigne. 3. ovi gallinacei figura & quantitate. 4. tertio æquale, globosum, superficie æquale. Saporem etiam differunt. Limonia enim alia dulcia, alia acida, alia inter dulce & acidum media. Dulcia vel majora vel minora sunt. In folio etiam varietas ; quippe genus quoddam folio ferrato, fructu oblongo, & tenuissimo reperitur, quod est lincas primum Clusi. Invenitur & aliud genus ferris carens. In spinis præterea differentia. Nam quædam arbores vel exiguis vel nullis spinis præditæ, aliae spinosæ

spinosa. Fructus illius, cui spinæ desunt, rotundus est, summa parte quasi corona aut umbilico insignitus. Vidi limonis genus prægnans alium fructum minorem in se continere; ita ut verum sit, quod a Clusio relatum est. Illud autem genus quod Simon de Tovar Hispaniæ dum viveret medicus celebris coluit, me videre non memini. Hujus meminit Clusius; *Vir inquit Simon de Tovar ex fortunatus insulis delatum (prægnans genus) scribebat, & aliud genus se colere, totum fere carneum, quod varias figuræ reprobant, eam ab causam ab Hispanis limones de figuræ appellari.* Aliud etiam genus Clusius vidit, mihi, quod sciam, nondum conspectum, quod omnium maximum, citri mali magnitudinem æquabat; corticem vero minus densum, & auri instar fulgentem habebat, grumos etiam interiores minus acidos; *Succus Limonum puellis gratus quippe, ut canit Poëta.*

*Admotus foculo limon, sensimque recocitus
Instillante anima, ac tenuem conversus in amnum,
Ora puellarum maculis lavat, & candorem
Inducit nitidis per colla argentea vittis.*

Hodie in calente balneo Mariæ vocato vitreis organis elicetur aqua ex limonum succo, quæ præterquam quod mulieribus lumine expetitur ad faciem fuso ex poliandam & erugendam, etiam vitiligines, ubicumque fuerint, ac varos ac totius corporis maculas emendat, etiam si ex elefantiasi essent. Aurantium citriorum genus nomen ab Aurantia urbe accepisse volunt, ac in eandem Herculem mala hæc, cum ab Hesperidibus rediret, tulisse. Quod plane falsum; quia nec Augusti, nec Tiburii, nec Claudi, tempore nota aurantia. Urbem quandom Aurantium esse non nego. Stephanus *Aeginae pôlîs οὐσεργη φλιούς δέπο πνος Αγαρτες αὐτόχθονος.* οἱ πλάται Αργεντοί. Ab hac urbe nomen hoc non impositum est arbori. Vox enim hæc sub extremis demum Latinitatis temporibus audita, cum jam nulla urbs *Aeginae* aut *Φλιούς* extaret. Insuper si nomen ab hac inditum urbe, apud Græcos usitator vox hæc quam apud Latinos esset, veteresque Græci, vel etiam recentiores alibi ejus meminissent. Quare sanior illorum sententia, qui a corticis colore aureo nomen impositum scribunt. Dicitur aurantia & orantia corrupè, ut agresta pro angusta. Recentiores Græci *nugantur* vocarunt, ut supra diximus, cum citri sive mali medici etyma exponeremus. Hermolai opinio *nugantur* sive rantium dici ab æris colore, quasi randium, hoc est, fulvum. Placet aliis à Neratio inventore nomen *nugantur* vel Neratium impositum. Nugantur qui aranum quasi arianum a gente Persica dictum scribunt, *Aria*, inquiunt, ut Hellanius docet, regio quædam Persica. Inde si nomen haberet, antiquis Græcis cognitum fuisset, cum ne mediis quidem ævi, ejus mentionem faciant. Quæ nostra de voce *nugantur* sit opinio, supra explicavimus. Arborem hanc infestatione natam scribunt. Monardus Hispaniensis in libello de aurantiis, natam ex citrea in punicam inserta tradit, ideoque in rubrum colorem, & diversam abiisse formam. Præter hunc nemo arborem, cui inserta fuerit, nominat. Hæc opinio nobis neutiquam probabilis. Nimiris magna punica ab arantia citrio diversitas. Tota arboris facies, stipes, folia, rami, fructus differunt; nihil est quod conveniat. Quin etiam citrus in punica inferra citrea proferet, non aurantia. Nam si in citrum aliud genus mali inseras, ejus generis quod insitum erit poma nascentur, non citria. Si pyra inseras, pyra proferet; si aurantia in citrum, aurantia proferet; & contra si citreum in aurantium citria produceret. Major tamen evadet arbor; quia malus aurantia grandior est quam citrifera. Et contra si aurantium citræ inseras, pumila & parva manebit, quia citrea minor. Major præterea citræ & aurantiae differentia, quam ut ex infestatione natam credi possit. Citria arbor parva; aurantia magna nec alicui malo cedens. In citrea spinæ multæ, acutæ & robustæ; in aurantia breves, tenues & paucæ. Folia etiam plane dissimilia. Citræ folia laurinis similia, densiora ramen, multoque majora ad juglandis magnitudinem accedentia, oblonga, utrinque acuminata, per ambitum ferrata, egregiæ viriditatis, ac splendoris, præsertim superne; inferne enim pallidiora existunt: aurantiae folia quamquæ colore citreis similia sunt, acuminatoria tamen, angustiora, ambituq; minime ferrata spectantur. Præter hæc nota quadam singulari, propriæq; distinguuntur; quam certe veteres neutiquam retinuerint, si ipsi cognita aurantia fuissent. Quælibet enim posteriori parte, juxta annexum fere, incisuram habent, qua sibi invicem aduersus constitutur isthmus. Quin etiam spina per folio-

rum dorsum transiens, in ipsa angustia juncturam habet, qua veluti in bina folia singula dividuntur: ita ut posterior eorum pars myrtleæ qualis sit; verum obtusa, non ut in myrto acuminata, cordis quandam figuram ostendens: anterior autem laurini majoris, acuminataque figuram ac quantitatatem habet. In malo quoque sive fructus colore & forma differentia. In citro longa & ovata facies, color ex flavo pallidus, in aurantia cum auri obryzi colore forma orbicularis. Hoc etiam accedit: si natâ aurantia ex citrea in punicum inserta, non tantum cortex exterior, sed succus ruberet; multis etiam granis ut punicum scateret. Pyrus si moro inseratur, non tantum fructus & cortex, sed caro etiam interior, succusq; habent. Citrum inferi in punicam observavit Cassi. Bassus; sed aliam atborem, tota facie à citrea punicaq; differentem, inde nasci non tradidit, quod sine dubio fecisset. Rubra citria producere scribit, *εἰ τὸ βουλεῖ (inquit) κίτρινον τοῦτο εἰσὶν εἴ τοι εἰς οὐρανόν, τοῦτο εἰσὶν εἴ τοι εἰς τὴν γῆν, τοῦτο εἰσὶν εἴ τοι εἰς τὸν οὐρανόν.* M. S. *κίτρινον τοῦτο εἰσὶν εἴ τοι εἰς τὴν γῆν, τοῦτο εἰσὶν εἴ τοι εἰς τὸν οὐρανόν.* Quod si rubra citria velis, infestationem eorum in morum facito, & vice versa, & citria rubra fient, & utraque arbor fructum ferer, potest etiam citrium in punicum inseri. Constat igitur ex infestatione non esse nata aurantia. Quaratur porro, an à veteribus descripta sit aurantia: quod certe non videtur, quippe nec Græcis, nec Latinis, nisi infimi ævi, cognita fuit, alioqui nunquam Columella arboris fructusque tam pulchri, & elegantis, culturam tradere neglexisset. Idem de Palladio, Cassiano Basso, ceterisque agriculturae scriptoribus dico. Malum tamen cestianum esse volunt, cuius meminit Galenus, & rationem qua suam stabiliant sententiam, hanc proferunt; quod cum punicis frequenter conjugatur à Galeno, tanquam non multū viribus a potentia ab illis deficiens, quod inquietum experientia etiam hodie cuique cognoscere licet, quum punicorum penuria, aurantia plerisq; in locis in usum veniant, ad corroborandum os ventriculi; in quem sane usum à Galeno lib. I. *τὸν τόνον* approbantur. Misenum profectò argumentum. Nam & cotonœa eisdem facultatibus quibus punica prædicta, & cum punicis frequenter à Galeno conjuguntur. Sed videamus qua Galenus de his malis tradit lib. 2. *τὸν τόνον* cap. I. titulo; Quæ Apollonius ad capitulum dolorem ex ebrietate, & meri potu scripsit. *τοῦτο δὲ καλούμενα μῆλα, τοῦτο Παραδεινόν πόλιν, αἱ δὲ πεζοὶ εἰσὶν αὐσησαὶ, τοῦτο τὸν Ἀγρονομὸν στρατικὸν γίνεται. Σχὼν δὲ εἰσὶν αὐτῷ τοῦ χωτεροῦ καὶ λιβύων, οὐδοὐτικῶντα θεμένον (συμμετεοριστικόν) interp.* εἰτε κρημαστικόν τοῦτο αὔξειν τὸ μῆλον υπεροιστρεῖται τὸ τοῦ χωτεροῦ οὐτοῦ τοῦ υδατοῦ άναφερεῖται τὸ τοῦ θερμοῦ αὐτῷ θεμένος, τοῦτον αὐτῷ τοῦ χωτεροῦ. Quin & mala cestiana appellata in urbe Romana, citra cocturam quidem sunt austera; post cocturam vero florido commoda sunt. Coquenda autem ipsa sunt in olla novam aqua calida infusa, deinde malo in olla suspenso, igneque sub ollam concreto, quo vapor ex aqua calida sublatuſ, cocturam ipsi malo præbeat. Aurantia mala acida sunt, non austera; quamquam isti sapores confundi soleant. Cruda stomacho commoda sunt, nullamq; gratiam si coquantur habent; nec cocta à quopiam exhibentur. Cestiana mala temporibus Columella familiaria. Horum enim lib. 12. cap. 45. inter malorum genera fit mentio: *Itaque possunt alia genera malorum sicuti orbicularia cestiana (vulgo cestiana) melimela, matiana hoc liquore custodiri.* Sed quia videtur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem conservare, arcule fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt, in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent. Quod si aurantia cestiana forent, nunquam prætermisisset Columella, venustissimi, & aspectu pulcherrimi, visuq; delectabilis, sapore etiam gratissimi fructus infestationem, & propagationem docere; nec eam reticuisse Palladius, Columella multum recentior. Mali cestiani mentio fit apud Plinius lib. 15. cap. 14. Ergo habent originem à Matio, Cestio qui (malæ Gestio legitur) & Manlio, itemque Claudio. Hæc satis ostendunt aurantia, non esse cestiana, Plinius enim folium arboris hujus peculiare descripsisset, notisque arboris fructusque quasdam dedisset. A recentioribus itaque aurantia inventa. Aurantia arbor citræs magnitudine superat, malo vulgari, præsertim fertili solo non cedens; quamquam alibi humilis conspicitur: firmos habet ramos, lentes, cortice rectos, ex viridi subalbicante, cum trunci cortex fusca sit viriditatis. Spinas breves & paucas habet. Folium, ut dixi, hoc peculiare habet, quod ad petiolorum exortum foliolum præcedat cordis effigie; cui annectitur folium majus quod sequitur, ita ut geminata habere videatur folium, quod saturato viridi colore est, citræ simile, sed acutius & angustius, miniæ per ambum

tum serratum odoreque citriæ cedens. Flos candidus, medio auro interlitus, per oram vero limbi purpurascens, adeo odoratus, & latè spirans, ut avidissimè ab unguentariis quæratur, ad varia odoramenta paranda. Elicitur

Aurantia.



ex eo aqua, quæ non solum citræ, limonum florem odore vincit, sed & ad multa valet medicamenta. Fructus triplici colore distinctus. Viridis enim cum primum prodit, frondem colore refert, deinde rutilus evadit: postremum, ubi maturus, fulvo auri colore nitet. Rotundum

formam instar globi obtinet, modice tamen compressus; Magnitudo huic mediocris mali, citreo minor, cortice, carne, & semine constat; cortex intentiore auri colore fulget, odoratus. Exteriore cute amaricat, nonnihil asper, quasi rugosus, subinde crassior, quandoque tenuior, sed tamen quam limoniorum crassior, corio similis, subditam habens substantiam candidam, molle & fungosam. Huic subest caro, medulla, pulpa, per longitudinem senis plerumque aut octonis membranis distincta, copioso, vinoſo, ac aromatico succo abundans. Semina in carne continentur, minora quam citrorum, forma, colore, sapore alioquin similia. Succus modo dulcis est, alias acidus, non raro medii ac vinoſi saporis. Qui dulci succo præditus, fructus superficiem habet glabriorem, laeviorem, mollioremque corticem. Acido qui constat succo, asperiorem ac duriorem corticem habet. Qui medii saporis succum habent, corticem habent inter mollem & durum medium. Genera plura ab insitione prodeuntia obſervarunt recentiores; pleraque cortice amaro crasso, aureo; alia subvirent; alia cortice tenuissimo, subrubente, medulla dulci; aliqua & cortice dulci. Aliqua in uno pomo duo genera botrorum habent; alia absque semine sunt. Succum sive pulpam sapore differre, ut dixi, obſervavit Clusius. Aurantium unico grano prædi-
μονοτριχοφύλλον vocant. Aurantia etiam alia, ut dixi, pumila, alia magna. Aurantia, ut hoc addam, liberalior est ferendis floribus & malis etiam in frigidis regionibus, modo recte curetur. Ad citrorum etiam classem referunt pomum Adami dictum. Nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur, ac si dentibus demorsus esset. Quare pomum, quod Adamus protoplastes in paradiſo gustavit, Dei mandatum transgre- diens, rude vulgus esse existimat; quod & Iudeos non nullos credere refert Thevetus; & per me quidam credat qui voler. Arbor quæ poma haec fert, aliarū malorū similitudinem refert, ad aurantiae magnitudinem accedens; breves habet spinas, ramos malis haud dissimiles; folium paulo quam limoniorum majus. Florem candidum, odo- ratum medicæ mali æmulum, fructus florem sequitur, è latiore basi in rotundiorem cornum turbinatus, vertice obtuso, & quasi umbone depresso, & inæquali, fissuris quibusdam apparentibus, perinde ac si dentibus demor- sus esset. Cortice vestitur crasso, inæquali, denso, rugo- so ac asperiusculo, colore è luteo pallidulo. Interior sub- stantia succosa admodum est, brevibus folliculis, ut in aurantia, contenta; sapore acidula, veluti limoniorum, sed palato minus grata. In qua grana continentur subrotun- da, alioquin malo citru non dissimilia. Malo aurantia, limonio, Adamo, medico gaudet Gallia, Hispania, Ita- liaque præcipue locis maritimis.

K E Φ. E.

C A P. V.

De fico indica, aliisque multis Indiæ arboribus. Quotque hebeni sint genera. De Terciobincho indica. De que lanigeris arboribus, nec non seminibus, & herbis Indiæ. De oriza. De spina candida, quæ herculacea dicta est.

Hελέ Ινδική χώρα τών τε καλουμένων ἔχει ου-
κλιν. η καθίσου ὡκ την πλάτων τας ρύζας αφ-
έκαστον επὶ Θ., ὥστε εἰρητα περιπέτερον. αἱ φίσαι μὲν τούτη
ὅκ την εών, ἀλλ' ὥκ την εών καὶ επι πλανωτέρων. αὕτη δὲ
συναπίσουσα τῇ γῇ, ποιεῖσιν ὥστερ δρυΦερακτον κύ-
κλων τοῦ τὸ δένδρον, ὥστε γίνεσθαι κατάπερ σκληρόν,
σκληρόν, καὶ πολύφυλλον.
νῦν φέτας διάδηματος διατεθέντες εἰσὶ οἵ αἱ ρίζαι φυσ-
τοῦ τοῦ πα- μηναί διάδηματος τοῦ βλαστούς. λαβόντες γάρ,
χρόνον σελι- καὶ δασεῖαι, καὶ σκολιαὶ διφυλλοι. ἔχει μὲν τὴν αὐτα-
κούσιαν τοῦ πολλῶν ή τοῦ κομψού πολλῶν. καὶ τὸ ὅλον δένδρον, εὔκυκλον· καὶ τῷ
βρυματῳ· τῷ μεγέθει μέγα σφόδρευ. καὶ γὰρ ἡπέτη δύο στάδια ποιεῖν φα-
σί τοι πόλια τη- πάρων. τὸ μὲν στοὺς τοῖς σκιασθεῖσιν, τολειό-
ν ψυχοτελείων η εξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ πεπάγκοντα. τῷ
κρητεστοῦ τοῦ δέργα φυλλον σοκλέας πελτις. καρπὸν οὐ σφό-
λασθεῖσιν ἔχει δεσμωτήρων, η λίκνον ἐρέβειν Θ. ομοιον μὲν σύκος. διὸ καὶ
πέλτης αιμα- επικάλουσαν ἀντὸν οἱ ἑλλήνες συκιέν. ὀλίγην μὲν ἔτι μαραστές
ζονικῆς. καὶ τοὺς καρπούς, οὐχ ὅπερ καὶ τὸ δένδρον μέγεθθ., αἷλλα
τοὺς καρπούς, οὐχ ὅπερ καὶ τὸ δένδρον μέγεθθ., αἷλλα

Indica autem regio, arborem ficum vocatam habet, quæ è ramis radices dimittit singulis annis, ut primo volumine retulimus. Dimitit autem non ex novellis, sed ex anniculis, atque etiam vetustis. Illæ se terræ conjugentes, ceu sepem circum arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines solent. Radices autem nascentes evidentissime à ramis dividuntur: sunt enim albiores, hirtæ, tortuosaque, binaque fronde foliatæ. Item arbos circumferentia ultra quam supernam lascivam gerit, totaque fornicate ambitu pulchre orbiculatur, & magnitudine vehementer excellit: quippe umbram ad duo stadia facere fertur: " & crassitudine caudicis, per rasque ultra quam sexaginta graduum orbem colligere, magna vero ex parte quadraginta. Folium pelta non minus habet: Fructum admodum parvum, magnitudine ciceris, ficui similem. Quamobrem Græci ficum eam arborem appellabant. Pa-

† καὶ τὸ ὄλον. Φύεται δὲ τὸ δένδρον αὐτὴ τὸν Ἀκεσίνῳ ποταμόν. ἐστὶ μὲν καὶ ἔπειρον δένδρον, καὶ τῷ μεγέθει μέρος, καὶ ἡδύκαρπτον θαυμαστὸς καὶ μηταλόκαρπτον. καὶ γεωνταὶ τροφῇ τῶν Ἰνδῶν οἱ "σοφοὶ καὶ ἀπεκόμιδοι. ἔπειρον μηταχόμιδοι. μὲν, εἰς τὸ φύλλον τὸν μὲν μορφίον τοφήμηκες τοῖς τῶν σρουθῶν πλεοῖς ὄμοιον. ἀλλαγήτενται τοῦτο τὰ κεράτη. μῆκον δὲ τοῖς ἑταῖροις. ἀλλοτέ τε εἰπον γένος ὁ καρπός μακρὸς καὶ σύκευθνς, αἷλος ὁ πολιόρκος. ἐδιόμενος δὲ τοῖς γλυκύντοις. εἰς τὸν τοιλίον δηγυμόν τοις καὶ δυσεντερίον: διὸ καὶ ὁ Ἄλεξανδρος, αἰπεκήρυξε μὲν ἐσθίειν ἐστὶ γέπειρον, εἰς τὸ καρπὸς ὄμοιος τοῖς τορχινέοις καὶ ἔπειρον σὲ τολείω καὶ Διαφέροντα τῶν σὺν τοῖς Ἑλλήσιν. ἀλλὰ ἀνάνυμα. θαυμαστὸν δὲ γέδεν τῆς ἴδιότητος. χρεὸν γάρ ὥστε δῆ τις Φασιν, γέδει ὄλως τῶν δένδρων, γέδει τῶν ὑλημάτων, γέδει τῶν ποωδῶν, ὄμοιον ἐστὶ τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι, τολείω δέγγων. ἵδιον δὲ καὶ ἔβενη τῆς χώρης ταύτης. ταύτης σὲ δύο γένη. τὸ μὲν, εὐζυγόνον καλόν, τὸ δὲ φαῦλον. σπάνιον δὲ τὸ καλόν, Ἱερεῖον σὲ τολύ. τὸ δὲ γέρασαν καὶ θυπουρελαῦδην λαμβάνει τὸν εὔχροον, ἀλλὰ εὐθὺς τῇ Φύσει. ἐστὶ γέ τὸ δένδρον θαυματόδεις, ὥσπερ ὁ κύπελλος. Φασὶ δὲ σίνα καὶ πέρινθον. οἱ δὲ ὄμοιον τῇ περιίθῳ. δὲ τὸ μὲν φύλλον καὶ σύνταξης τὸν καλῶντα πάντας ὄμοιον τῇ περιίθῳ. τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. ὄμοιον γάρ τοις "ἀμυγλαῖς τολείω δάλαις. εἴναι γάρ καὶ ἐν Βάκτροις τὸν πέρινθον ταύτην, λαπτον. εἴτε δὲ καίσυς Φέρειν, τὴν ήλικα τὰς αἰμύνδαλα. Διὰ τὸ μὴ μεγάλα. καὶ τῇ ὄψι δὲ περόμοια. καὶ ἡ ἡδονὴ πρεττῶν τῶν ἀμυγδάλων. διὸ καὶ γερῆθεν σύνταξης τὸ μὲν φύλλον ὄμοιον τῇ περιίθῳ. τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. ὄμοιον γάρ τοις κυνορόδοις τὸν καπλον τοῖς ὄμοιον. Φυτόνουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸν κατ' ὄρχεας. διὸ καὶ πορφύρην αἱ Φορῶσιν ἀμπελοὶ Φαίνονται. ἔχει δὲ καὶ Φοίνικες εἶναι μέρη πολλά. καὶ ταῦτα μὲν ἐν δένδρος Φύσει. Φέρει γέ τὴν σπέρματα ἴδια, τὰ μὲν τοῖς χειροποίης ὄμοια, τὰ δὲ τοῖς πυροῖς καὶ ταῖς κεραῖς. ἐρέβειν καὶ φακὸς καὶ θραύσης, καὶ Φακὸς, καὶ τὸ ἄλλα τὰ περὶ ἥμιν σύκεστιν. ἔπειρος δὲ ἐστὶν ὥστε τοῦτον τοιαῦτην ποιεῖν τὸ εὐφύματον, καὶ μὲν θειαγρωσκόν τοῦ Φασιν, αὐτὸν τὸν απούσην, κερθαῖ δὲ τὸν πυροῦν ἄλλον ἐπέργεισαν κερθῶν, εἰς ὃν καὶ ἀργαὶ ἡδεῖς, οἱ χόνδροι καλός, ταῦτας οἱ ἄπποι εἰδίοντες τὸ πετῶν διεφεύροντο. καὶ μηδὸν γέ τὸν ἐπιθέντας σὺν ἀχύροις γέδει ἐπαγχον. μᾶλλον δὲ σπείροσι τὸ καλέθιμον δρυζὸν, εἰς δὲ τὸ εὑψημα. τύποι δὲ ὄμοιον τῇ ζεῦσῃ οἱ αἰετοί περιττοί, οἵνα χόνδροι. εὐπεπτοί δὲ τὸν αἰετὸν πεφυκές ὄμοιον τοῖς αἴρεσι καὶ τὸν πολὺν χρόνον σὺν ὑδατι. δοτοχεῖται δὲ τὸν εἰς εὐχαριστίαν φόδων. ἀλλὰ τὸ οὖν φόδων. ὥσπερ ὁ κέγχρος, καὶ ὁ ἔλυμος. ἀλλοι δὲ ὁ ἐκάλοις οἱ ἐλλίνες Φακοί. τοῦτο γέ ὄμοιον μὲν τῇ ὄψι καὶ τὸ βάκερας. θερίζεται γέ τὸν πλειστὸν καὶ αὐτὸν καὶ διάστιν. Διαφέρει γέ τὸν αὐτὴν τῇ χώρᾳ, τῷ τούτῳ μὲν Φέρειν, τῷ δὲ μὴ Φέρειν. ηγάρος οὐδεὶν καὶ ἀμπελοῦ ἔχει καὶ ἐλαῖαν, οἱ τὰς μὲν ἀκρόδρυας, τολεῖς ἀκαρποτέλειας, τὸν δὲ μὴ Φέρειν. ηγάρος οὐδεὶν καὶ ἀμπελοῦ τὸν ἐλαῖαν. εἴτε γέ τὴν εἰλημορφὴν οἱ τὸ φύλλον δὲ μὲν τολατοπέρον, τοῦ δὲ σενωτόρον. ταῦτα μὲν οὐδὲ καὶ τὸν αἰετόν. Ἰνδικές. ἐν δὲ τῇ "Αερία χάρακα καλλιγυρή ἀκαρπατητὴ γενειρωμένης εἰναι, ἐφ' ἣς γίνεται δάκρυον ομοιον τῷ" Ιλλυρίᾳ Εἰ τοῦ διαφέρει τὸν τοιούτον μὲν ὅπερν ἐπιτελάμιψη ὁ ἥλιος. καὶ ταῦτα. πολλάδεσσι δὲ τὸ ἄλλα τοῦτο τὸ συνταῦθα Εἰ σὺν χώραις Εἰ σὺν τοῖς ποταμοῖς γίνεται. ἐν ἑπτοῖς δὲ τοῖς εἰσὶν ἀκανθαὶ λόκοι τερίοις. εἰς δὲ καὶ σκυλάλια καὶ βακτηρίας ποιεῖσιν. ἐπώδης δὲ καὶ μανῆ. ταῦτα δὲ πορρατίσσιαν καλλιστοῦ τὸν ερεκλέαν. ἀλλοτέ δὲ ὑλημα μέρη θραύσης μὲν τὴν

rum mirum in modum fructificat : non tantum pro magnitudinis ratione , verum etiam omnibus rebus. Nascitur arbos hæc circa Aceſinam a- minem. Est & alia arbor , & magnitudine insig- nis , & suavitate fructus , amplitudineque mi- rum in modum præcellens. Hoc sapientes Indo- rum , qui nudi degunt , cibo utuntur. Alia cui folium specie prælongum , simile t̄ pennis stru- thiorum. quæ super galeis imponuntur , longitu- ^{struthocæda} dinne duorum cubitorum. Alia cui fructus lon- ^{melorum.} gus , nec rectus , sed contortus : cibo dulcis , sed rhombus in alio , difficultatesque facit intestino- rum. Ob id Alexander ne quis manderet , inter- dixit. Alia cui fructus similis cornis. Sunt & a- lia plura iis diversa , quæ Græcia gignit ; sed no- mine carent : nec mirum quicquam ex eorum proprietate putandum. Nam (ut quidam refe- runt) nulla omnino arbor , nullus frutex , nul- la herba similis iis comperitur , quæ in Græcia proveniunt , paucis exceptis. Hebenus quoque e- jus regiones vernacula est. Hujus duo genera con- stant , alterum materie laudatum , pulchrumque : alterum vile , vitiatumque. Rarum , quod præ- stantius : reliquum permultum habetur. † Colo- rem commendatum , non re condita , sed statim ^{bontum} quem habet sua natura capescit. Fruticosa est cytisi modo. Fe- ^{colorem as- servando (id est temporis tractu) non acquirit, sed eum statim, quando caſa est, à natuva habet. arbor est fruticis instar, ut cytisus.} runt & terebinthum haberi , ut alii similem tere- bintho : cui folia , & rami , & reliqua omnia te- rebintho similia : fructus autem diversus ; similis enim amygdalis. Nam & in Baetris terebinthum hanc esse , ferreque nuces t̄ amygdalarum magni- tudine. Quoniam non magnas , sed visu similes , & suavitate amygdalis præstantiores , & ideo lo- ci illius homines his potius uti. Plantæ autem , ex quibus vestes conficiunt , folium moro simile ha- bent , † corpore autem toto rosis caninis proxi- mæ sunt. Seruntur ordinatim : quapropter è lon- ginquo aspicienti , vites apparent. Palmas quo- que nonnullæ partes plerasque habent. Hec in ar- borum genere. Fert & semina propria , alia legu- minibus similia , alia tritico , alia ordeo. Cicer e- nimir , & lens , & reliqua nostræ regionis ibi haud- quaquam habentur , sed alia quedam nascuntur , qui- bus edulia proxima conficiuntur : nec discerni ^{Nam,} queunt , ut ferunt , nisi quis audiverit. Est & or- deum , & triticum , & genus quoddam aliud or- dei sylvestris , quo & panem suavem conficiunt at- que alicam bonam. Id Græcorum equi cum prin- cipio manderent , interibant : deinde paulatim , cum paleis assueti , nihil penitus lèdebantur. Se- runt potissimum quod orizam vocant , id semini nuncupato simile est , † pistumque tanquam alica , red- ditur concoctu perfacile , aspectu lolii simile. Stat- que magna parte temporis in aqua. † Effundit non spicam , sed veluti jubam modo milii , atque pani- ci. Est enim aliud , quod Græci φαστόν , id est lentem vocabant. Hoc visu sceno Græco simile est. Meti- tur circa Vergiliarum occasum. Interest etiam ter- re ipsius ratione , quod quedam † omnia ferat , que- ^{† nonnulla.} dam non ferat. Quippe montuosa & vitem , & oleam , & nucum pomorumque universum possidet genus , præter oleam sterilem. Et natura pene inter oleastrum , atque oleam. Item specie tota distat , & folium latius hoc , angustius illo. Hec in India. In regione autem Aria dicta , spina est , ex qua lacryma gignitur , Illyriæ similis tam visu , quam olfactu . Hec ubi sol iluxerit , desfluit. Quin & alia multa myrræ si- preter hec nostrata tum agris tum amnibus prove- niunt. Aliis locis spina candida nascitur ramis ter- nis , ex qua t̄ regulas , atque baculos faciunt. Suc- cosa , humoris lactei , fungosaque est. Hercula- ceam hanc appellant. Est etiam aliud , stirpis humili- ^{gabyres.} ^{clavas.}

† Κεδρωσίας
Al. Germ.

† Κιδρωσίας ρῶν. ἐν σῇ τῇ † Γεδρωσίᾳ χώρᾳ πεφυκέναι Φασίν, εν
Al. Germ. ἀθρόμοιον τῇ δάφνῃ Φύλλον ἔχον ἢ τὰ ψωστῆγα καὶ
ὅποιοι εἰ Φάγοι, μικρὸν θητεῖχόντες διεφεύξετο, ωδη-
ταλησίας Διατεθέμενοι, καὶ απώλματο ὄμοιώς τοις ἑπ-
λήπτοις. ἐπεργῇ δὲ, ἀκαθέτον πνα εἶναι. ταύτην Φύλ-
λον εδρόν ἔδει ἔχειν. πεφυκέναι σῇ ἐκ μιᾶς ρίζης. ἐφ'
ἐκάστῳ σῇ τῷ ὅζων ἀκαθέτον ἔχειν ὅζεται σφόδρα.
ἡ τάτων σῇ κατεμιγνυμένων ἡ πεφύκειται οὐδέποτε,
ἢ πάτηται. διὰ διόπτην Φλόοι τὰ ἄλλα ζῶα † πάντες,
οὐδὲ
καὶ ωτὸς σῶν αὐθρώπους. τίς αὐτῆς; ἐν σῇ
† Theodor. τοποῖς ποὺ πεφυκέναι πνὰ βοτάνην ἐφ' ἥ † σικεαστε-
σμούσεις ὅφεις εἶναι μικρὸς σφόδρα. τάποις σῇ εἴπις
Ιεζε συσπι-
εγμένος
Scal. ἐμβὰς απληγεῖν, θνήσκειν: διόπνιγεδατὴ δὲ καὶ δότο τῶν
Φοινίκων τῶν ὀμῶν εἴπις Φάγοι· καὶ τάχτηρον κατε-
νοῦσθαι. πιαὶ ταὶ μέριαι ὀνομάσμεις καὶ ζῶων Εὐ Φυλῶν
ἴσωσι καὶ πέρι ἄλλοις εἰσί.

† Theodor.
συμφωνείς
lege συσπι-

† Theodor. τόποις ποὶ πεΦικέναι πιὰ Βοτανίην ἐΦ' ἦ τι συμφωνέιται
συμφωνέιται
lege συσπι-
εγμένους
Scal. εργάτης σφόδρα. τάποις δὲ εἴπις
ἐμβαὶς απληγεῖ, θνήσκειν ἀποπνίγεσθαι δὲ καὶ διπὸ τῶν
Φοινίκων τῶν ὡμῶν εἴπις Φάγοι· καὶ ταῦτα οὐερον κατε-
νοητῆναι. τοιαῦτα μὲν οὐδὲ δικαίως καὶ ζώων Εὐ φιλῶν
ἰσως καὶ περισσοτέρως εἰσί.

lis : magnitudine quidem t raphani , folio vero tam magnitudine , quam forma lauro simili : id qui comedenter , protinus moritur. Quocirca ubi equi adessent , nunquam eos à manibus laxabant. In Gedrosia nasci quiddam folio laurino referunt , cuius quantulumcunque jumenta comedissent , mox interibant : similiter affecta distentaque , atque illi , qui morbo comitiali vexantur. Aliam autem esse spinam , folio nullo , radice singulare : aculeum potissimum quoque in nodo gerentem. Quo fratre , aut attrito , succum lacteum multum effluere , qui cæteris omnibus animalibus cæcitatem infert. † *infert*
† Homines autem. Quibusdam item locis

^f Homines autem. Quibusdam item locis ^{f insert} herbam quandam exire, sub qua serpentes ^t minuti admodum, qui cum ea nascuntur, manent. quorum ictu moriendum protinus esset, cum herbam quisquam aggressus fuerit. Quin & à palmis ^{quibusdam.} incocitis strangulari, qui comederit: idque poltea perspectum. Sed hujusmodi vires, tam animalium ^{t manutē} quam plantarum, vel apud alios forsitan competriri possint. ^{admodum in orbem con voluti.}

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Eπὶ δύο στάδια. Theodorus, bino stadio. Mala latinitate.
Εξηγεῖται βρετανία. Multa significat βῆμα. Sellam, sub-
tellium, pulpitum, suggestum: hic suo vetere significato,
gradum. Sic transtulit Theodorus: Plinius, pallum. βη-
μανῶν, aliud est.

*Et h̄c ēm̄ḡ d̄d̄gr̄. Continuanda historia ēst, quoad ex-
eat ab Inuis. At eo vesci sapientes. Theodorus addidit: qui
nudi degunt. Neque Plinins hoc agnoscit, & expedit arbo-
ris nomina, ac fructus, Palam, atque Arienam. Videtur i-
gitur Theodorus legiſſe: οι μὲν ἀπεκόμδροι. In nostro Codice
scriptum ēst, οι ἀπεκόμδροι. Non possunt vesci & abstinere.
Videhi Herodatum in Thalia.*

Videbis Herodotum India.
Id est *Indiam*. Nota genus. *Indos* dicunt alii. *Observe*, *Idos*. Unde ausus est Poeta dicere: *solam Indianam nigrum ferre Ehenum*. De hoc alibi. *Herodotus in eodem*.

Theo. Eumen. De natura et origine rerum. Lib. I. cap. 1.
Tunc ἡ χρᾶσις εἰς θεονομίαν τὸν λαμπτόντα. Theodorus, colorem
commendationis non re condita, sed statim sua natura ca-
pescit. Quid est? re condita? Vides nibilo diligentiorē
historiam. Lignum novimus, arboris faciem non.

Tū tūs ἀρ φίρετ ἴα, τὸ δὲ μὴ φίρετ. Theodorus, Quod quædam omnia ferat. Verūm ἴα, non significant omnia. Sic καὶ τὸ ἄλλα αἰχθόδρα. Nucum, inquit, prunorumque universum possidet genus. Fortasse minus vere exagge-
tazit.

Ex oleo tunc apie excoeca. Dividit ab India. At Indiae regio est. Quae sit Illyria lacryma, nondum didici. Plinius in hac histrio scriptum aliter reliquit, nisi sit mendozus Codex. Spi-

na, inquit, lacrymarum preciosa: myrrhæ similis. Sie
et illa. μύρας οὐδὲ πλαστὴ φερετὸς. Plinus alter, Frutex
pestilens rhaphani folio, lauri odore. Hermolaus, ut con-
cinnet, interpongit sic: Frutex pestilens rhaphani, folio
lauri, odore invitans. Nam mox dicit: Item laurino fo-
lio. Magna vis referendi in illa coniunctione, item. verū
mutila oratio. Frutex pestilens rhaphani. Et cum ait, Cæ-
citatatem infert omnibus animalibus, auxit loquitionem
Theophrasti: qui dicit, τὰ ἄλλα. Et leges, ὑλημικές, non υλη.
Frutēx, inquit Plinius.

Σκυτάλια. Theodorus, regulas. Habet σκυτάλιον ληγμένην furculum. Plinius lib. 17. Scutulam aliter: sicut scutula vestis. Et in pavimentis apud Palladium. Superioris rationis scutula serpens. Et in tertio de bello civili, quod veteres phalas.

"Από σή υλησε. Sic lege, ut supra.

'Εφ' ἡ συντειχείαις ὅπες. Theodorus , serpentes cōnnotatos. Legit igitur οὐμφωνήσιος. malo συσπεγμένος, in orbem collectos : ut suprā de asellis. Plinius ab Onesicrito videtur huiusmodi historias descripsisse , non à Theophrasto. Sed & Theophrastum puto ab eod.m. Plinius etiam odorem agnoscit herbe , sed precipuum. Est locus sub alpibus Rheti- cis , in agro Brixensi , cui nomen Cortinæ. Rayo moveas lapi- dem , quin reperias minutos angues subtus , palmi longitu- dine , cristatos , varios colore luteo , ac cœruleo : neque alio commigrant.

JOANNIS BODEI A STAPEL

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

H' ὅθ' Ινδική, &c. In India sicut nasci ait, cuius etiam mentionem faciunt Strabo, Diodorus, & Plinius. Strabo lib. 5. Geograph. Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δίνεται αὐτὸς δέδοξαν Ινδικὴ τρίφει, οὐτὶ εἰσὶ, καὶ τὸ μεῖζον νόμοντας ἔχουν (ἔχον M. S.) τοὺς κλάδους, ταῦθα φύλακας αὐτοῖς τοῖς λαζατοῖς. Οντοκελεῖται δὲ τὸ τοπεργεῖται τὸ σὺν τῇ Μουσικῷ δέξιον, καὶ φυσικὸν νομάντοντο εἶναι τὸ ίδεῖκον, διηγάπται μεγάλα δίνεται εἴρηται πιον, ἀντὶ τούς κλάδους αὐτοῖς θίλεταις, εἰτὲ αὐτοδέξιας, εἰπειν τοῖς λαζατοῖς αὐτοῖς πορταφέρειν λαμπεῖταιν αἱ εὖ κατακαμπτομένους αἱ ἀψύντως τῆς γῆς. επειγειν τῷ γῆς Διερρήθρας τίκουνδις οὐσίοις· τοῖς κατατρυχεῖν, εἰτὲ εἰαυδέξιας τετραγόνοις· εἰδὲ οὐ πολὺς οὐσίων τῇ αὐτοῖς καταπελαφρύνειν, ἄλλους κατατυγχανεῖν, εἰτὲ ἄλλους τῇ οὐσίᾳ εφεῖται, εἰτὶ αφεῖταις δένδρους σκιάδιον λαίπεσθαι μακρῷ, παλινοῦται τοιούτου οὐσίου· λέγεται δὲ μεγάλη διάβολος ὁτεῖ πέτεται ἀπότρων δυσπεπληπταῖς ἵπαι τὸ σελεκτοῦται τὸ Αρκτοῖς λόγον τῶν συμβοῖς τῶν τοφεῖς Τάρσουν, Εὐαστίουν δὲ τοῖς τοῖς τοῖς κατακαμπτομένους ἔχοντας ένει κλάδους, καὶ τοῖς δὲ μηρόψιοις αὐτὸν ψέψιν δένεται μισθούμενοι σκιάζομένους πεπιπτογόνατα οὐτοῖς δὲ πτερωτούσιοις. India multas quidem admirabiles fert arbores, è quibus est cuius rami ad terram propendent: foliis non minoribus clypeo. Onescritus curiosus ea persequens quae sunt in Mousicandā terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos excreverint, reliquum incrementum prouinfaciant, deflexi quoisque terram contingant: deinde terram subeant, ac radices agant veluti traduces:

mox rursus in truncum excent; à quo postquam aucti fuerint, eodem modo fleblantur, & aliam propaginem efficiant. rursusque aliam, & sic deinceps, ut ab una arbores longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitentis simile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant. Aristobulus ad Acesinem, ac ubi is Hyarotidi permisetur, de arboribus dicit, que ramos deflexos habent, & de earum magnitudine, ut sub una arbores quinquaginta meridiari equites possint, ille vero quadringentos ait. Plinius libr. 12. cap. 5. Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper serens, vastis defunditur ramis: quorum imi adeo in terram curvantur, ut annuo spatio figantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem quodam opere topiario. Intra sepem eam aestuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve fornicate ambitu. Superiores ejus rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore, ut LX. plerique orbe colligant, umbrae vero bina stadia operiantur. Foltorum latitudo peltæ effigiem amazonicæ habet: ea causa fructus integens, crescere prohibet. Rarusque est, nec fabæ magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus pedulci sapore, dignus miraculo arboris: lignit, circa Ace-

*Sinem maximè amnem. Quæ in Plinii Strabonisque verbis
consideratione digna, ad sententias Theophrasti exarati-
nabitur. Meminit hujus arboris Curtius libr. 9. re-
rum ab Alexandro gestarum; ubi refert, Alexandrum
Poro rege, & Hydalpe annæ superato ad Indiæ interio-
ra procellosse: sylvas autem fuisse prope in immensum
spatium diffusas; procerisque & in eximiam altitudinem
editis arboribus umbrosas, plerosque ramos instar in-
gentium flexos in humum, rursum qua se curvaverant e-
rectos adeo, ut species esset non ramis resurgentis, sed ar-
boris ex sua radice regeneratae.*

A φίλοις &c. Plinius. Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper ferens vastis defunditur ramis, &c. In antiquo codice verbum, habet, desideratur: in eodem ferens pro serens, & se ipsa pro ipsa se, legitur. Inde colligunt scripsisse Plinium. Ficus ibi exilia poma, sed ipsi semper ferens, vastis diffunditur ramis. Nobis vulgarata placet lectio. Rationem dat Plinius ex libr. 2. de causis cap. 14. cur ficus exilia ferat poma, quod propagationi semper sit intenta. ιτις μεγάρη πατέρις αἱ ἵπποι τὸν μεῖζον, καὶ τὰ εἰς περιβόλῳ διεμετέρα μεγάρησσον ποταφόν. καθηδόντες εἰς τὸ Ιερόν τοῦ συκῆ καλλιέργειν. θεωρῶντες γὰρ οὐδεν τὸ μεγάρην, μεγάρη εἶχε τὸ φύσιον σφόδρα τὸ καρπὸν εἶναι. Vide que ad locum citatum dicuntur. Corrigunt, sed ipsa semper ferens. Atqui non tantum parvum, sed paucum fert fructum hæc ficus, non ergo semper fert.

Autem sicut suraxionos et yñ. Plinius, &c in eo errasse videatur, quod ait superiores ramos ficus Indicæ in altum abire, inferiores vero in terram curvari, annuoqne spatio infigi, ac subinde novam quasi sylvam progenerare. Nihil tale Theophrastus, cuius locum interpretatur Plinius; nihil simile Strabo, cæterique, qui hanc delinearunt arborem. Tradidere illi ramos Indicæ ficus in altum primo ascendere, ad duodecim cubitorum altitudinem, tum ad terram inflecti, reliquumve incrementum deorsum mittere, usque dum ad terram pervenerint, cui insitæ radices novoque trunco producunt; qui similiter primum ascendunt, deinde torquentur, ac in terram curvantur: adeo ut ipsa denique arbor tabernaculum multis columnis fultum mentiatur. Vide Strabonem & Theophrastum, & singula examina.

Páxos & **seíkox**, &c. Plin. loco citato, *Superiores ejusdem rami in excelsum emicant, sylvesa multitudine, vasto matris corpore, ut lxx. p. (an pedes, an passus legendum, mox examinabo) pleræque colligant, umbra vero bina stadia operiant, &c.* Duos commisit Plinius errores. Non tradit Græcus auctor, plerasque ficus Indicæ arbores, ea stipitis crassitie intumescere; sed quasdam tantum, *īna*, plus quam sexaginta **βίημα** colligere, plerasque autem quadraginta. Plinius aliud agens, aliud cogitans, vocem *ωδεῖαν* ad arbores, non ad **βίημα** retulit. Est hic primus error. Alter, quod miscet quæ Theophrastus disiunxit. Theophrastus totam arborem cum cunctis caudicibus, qui parentem ambiant, umbram ad duo stadia facere inquit; ipsum autem stipitem sexaginta **βίηματος** spatium occupare. Plinius vero, ut rectè observavit Cl. Salmasius, tam vastū scribit matris corpus, id est caudicem, ut sexaginta p. orbe colligant, umbra vero bina stadia operiant. In optimo & antiquiss. codice, ut idem Cl. Salmasius observavit, legitur, *at sexaginta plerique colligant, umbra vero bina stadia operiant*. Hac de ramis arboris dici possunt; minime de caudice. iidem etenim rami qui sexaginta p. **βίημα** orbe colligunt, umbra quoque bina stadia operiunt; quod de matris caudice neutiquam intelligi potest. sed an ita scripsérit Plinius, non constat.

Χαροπότανα. Sic etiam legit Plinius. Vasto, inquit, matris corpore, ut sexaginta p. (quod passus Solinus, Theodorus, aliisque interpretatur) plereque colligunt. Atqui, inquiunt, Diodorus Siculus maximas illas Indiae arbores, vix quatuor hominibus complexibiles esse tradit lib. 17. διδώσω γέρες τὸν ἀγλατίσσιμα, οὐ τὸ μὲν οὐτε τὸ χρυσόν ποτε εἰδομένοντο. οὐδὲ ποτε μόνις τῶν πετράσθων αἰρόμενοι πεπλαισιωδέμα. γηρασθεὶς τοις μεταβασίοις τούτοις ἡ τολμήρων σπουδὴ ποιοῦται. Nam in soliti hic generis arbores erant, ad 70. cubitos in altum editæ, & crassitie tanta, ut difficulter 4. illas viri complectenter, umbram vero ad tria plethra (300. pedes) de se proflabant. Primum de crassitudine, mox de altitudine videbimus. Diodorus stipitis crassitatem inquit tantam, ut vix à quatuor viris circumplecti queat, Strabo quinque ait; quæ haud magna differentia. Hec inquiunt, consistere nequeunt, cum verbis Theophrasti, qui hic sexaginta passus in orbe colligere ait. Atqui sexaginta hominibus opus, ad comprehendendam arborem quæ sexaginta passus in ambitū caudicis detineat. Quod

sic colligunt; quinque pedes legitima hominis statuta est; tot pedes passum faciunt; idem porro spatium modisq; manibus expansis inter longissimos digitos, quantum est à calcibus ad verticem. Iuxta hanc rationem, non plus homo manibus suis comprehendere possit, quam quinque pedes, aut quod idem est, passum unum in ambitu longitudinis. Sic necesse est arborem, quæ quinque passus ambitu occupet, non nisi ab hominibus quinque comprehendendi posse. Perge porro, inquiunt, & computant, quæ pòrtet eas arbores, quæ sexaginta passus orbe truncis colligunt, à pauciorib. ambiri complexu non posse quam sexaginta. Hæc ajunt, & oculatissima. Quare verus mendum in illis Theophrasti verbis hæfisse suspicunt, & numerum fallacem esse, sive restitendum; Et nō πάχει τὸ σταθμόν ἵσια πολεῖσιν οὐτε βασικάτων, τὸ δὲ πολλὰ τετράποδον. Reponendum inquiunt, i.e. pro ἰσηγόρᾳ, & πτήσεων pro πτησίαις. Caudex in orbe sex passuum; à sex aut etiam quinque longioris statutæ hominibus comprehendendi potest; ut contra qui quatuor passus crassus est, quatuor aut tres homines eam circumplexi queant; & sic Theophrastus cum Strabone, Diodoro, alisque scriptoribus paria dixerit. Nec sane alia aut diversa scripsisse putandus est, quum eosdem habuerit auctores, Alexandri scilicet magni comites, classiumque ejus prefectos. Quibus consonant, quæ Hollandi Hispanique nautæ hodie suis navigationibus compererunt. Hactenus horum sententiam, si πάχει tantū passum significat, probbo. Tὸ πάχει vero plures habet significationes, ac inter cæteras pedem etiam denotat. Quam significationem habet in actis Apostolicis cap. 7. vers. 5. οὐ γάρ ιδειν αὐτὸν πληροῦσαν εἰς τὴν οὐδὲ πάχειαν ποδός, nec dedit ei hæreditatem in ea, ne vestigium quidem pedis; id est, ne tantillum quidem, ut in solo suo posset figere pedem. Hesychius, πάχει πολλῶν οργανών — βασικάτων, τὸ τοῖς ποντὶ μετέπει. οὐ δὲ ποσὶ οὐδὲ ποδὶ Μακεδονίου. Būnum plura significat — πάχειαν πεδibus meriri. Macedones hoc loquendis genere utuntur. Verisimile admodum, Theophrastus πάχει pro pede accepisse; quippe à Macedonibus arboris hujus formam, magnitudinem, crassitudinem edocitus, quibus πάχει pedem denotat. Sexaginta pedes, passus efficiunt duodecim, quadragesinta pedes, passus octo. Duodecim itaque aut octo viris ad complectendam hanc miræ crassitudinis arboris opus erat. Quæ sententia cum eà quæ est Strabonis stare posse videtur; præsertim ea quæ quadragesinta pedes crassum esse truncum scribit. Theophrasti codicem mutare non ausim, ob ea quæ apud Plinium reperiuntur. Fieri facile potuit, quosdam retulisse arborem hanc 30. alias 20. nonnullos dixisse 40. nec defuisse, qui sexaginta pedes crassam dicerent; & hinc veterum quosdam tradere à quinque, alias à quatuor, nonnullos ab octo vel duodecim vix comprehendi potuisse viris. Et hæc de crassitate. De altitudine videndum. Theophrastus magnitudine usque adeò excellere scribit, ut duorum stadiorum umbram faciat: Diodorus umbram jacere ad tria usque plethra: Strabo ad duodenos surgere cubitos tradit. Videant Mathematici, utrum duodenii cubiti umbram ad tria plethra, vel duo stadia jacere possint. Nec Diodoro cum Theophrasto satis convenit; stadium, ut inquit Plinius, lib. secundo cap. vigesimotertio, centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Duo ergo stadia comprehendunt quinquaginta passus, pedes mille ducentos quinquaginta. Plethrum, ut docet Suidas, mensura est centum pedum, πολύπορος τὸ σταθμὸν ἵστον μέρος. οὐδέτεροι τὸ πολύπορον, οὐ πολυπόρον ίχεν ποδαρίαν πλεθραν. ίχεν οὐ τὸ πολύπορον ποδαρίαν. Plethrum sexta stadii pars, cubitis constans sexaginta octo. integrum enim stadium efficiunt quadringenti (& octo) cubitus, plethron, quod omni ex parte triginta octo pedes habet, vocatur. perthriaion idem quod diastema, spatium unus jugeri. Plethrum autem pedibus absolutum centum. Pedes intellige Græcos. Herodotus, τὸ πολύπορον ίχεν αὐτας δίποδος, πόδας Φιλιππαῖον πολύπορος, πλανγῆς δὲ τριποδον εἴησι. Plethrum habet acenas decem (acena five actus, ut Latini loquuntur, decem est pedum Græcorum, Latinorum duodecim.) pedes Græcos centum, Italicos vero centum viginti. Ex his concludi potest, maximam, quo ad magnitudinem, esse differentiam inter cœli Indicam Theophrasti, & miræ magnitudinis ac crassitudinis arborem cujus Diodorus meminit. Ficus enim Indica Theophrasti umbram facit mille ducentorum quinquaginta pedum, Diodori tantum trecentorum, quæ profecto magna differentia. Unde conjicio, immo assero, Theophrasti codicem non esse corruptum, sed veteres ex Macedonum diverso relatu, varia ac diversa de crassitate, & magnitudine arboris hujus scripsisse. Stra-

bonis codicem potius corruptum puto. Nam ea non est ingens arbor, que duodecim cubitorum est altitudine. Vulgaris etiam arbor, altior viginti quatuor pedibus, umbram non facit magnam, neutiquam ad tria usque plerha, ne ad unū quidem, aut dimidiū. Hic ergo aliquid deesse videtur; *int̄ m̄x̄as r̄ḡ d̄d̄r̄ḡ*; fortē; *int̄ m̄x̄as r̄ḡ d̄d̄r̄ḡ*, cum ad centum duodecim cubitos creverit. Talis magnitudo umbram trecentorum pedum facere potest. Nisi fortē placeat, cum ad duodecim cubitos excreverint, alterum ramum emittere qui deorsum vergit, alterum qui sursum, ut ita tandem ingens fiat arbor.

T̄ d̄l̄ φ̄λλος σσ̄ ιλ̄τος ιχ̄α ιλ̄της. Plinius addit, *Αμαζονίκης.* Pelta propria Tracum, non Amazonum: Amazonica pelta peculiarem formam habebit. Strabo *απ̄ιδι* folium hujus fici comparat, *π̄ d̄l̄ φ̄λλα απ̄ιδι* *σσ̄ ιλ̄τος.* *Απ̄ιδε* clypeum exponunt rotundum, cum *άπ̄ιδις*, Hesychio sit scutum. *άπ̄ιδε* *όπ̄θε* πλευρή *τ̄ σκουπίδεος*, *απ̄ιδις* armatura bellica scutarium. Lexicon Græco-barbarum *σκουπίδεος* scutum exponit. Suidas *Θυρίδης*, *όπ̄θον*, *τ̄ παρ̄ ήμην σκουπίδεος.* Inter clypeum & scutum haud exigua differentia. Livius lib. 8. *Clypeis ante Romani usi sunt, deinde post quam facti sunt stipendiarii, scuta pro clypeis fecerunt.* Scutum fuit formæ oblongæ, unde apud Virgil. lib. 8. *Aeneid.*

— *Scutis protecti corpora longis.*

Ovid. lib. 6. Fastor.

Iacta super galeas, scutaque longa sonant.

Clypeus rotundam habuit formam, quod vel ex Feſto cognoscere licet. Clypeum quoque, inquit, *ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo fadus Sabinorum cum Romanis fuerat descriptum.* Sed *άπ̄ιδι* non omne scutum, sed rotundum denotat, quod Theophrasto *πίλη* dicitur. Idem Hesych. *άπ̄ιδονος πλευρής σκουπίδεος, ή πλευρής κρούστης οπ̄θεος λευκος.* Aspis ergo armatura rotunda. Aspis etiam promontorium in littore Africæ, à rotunditate sic dictum; campum quoque denotat rotundum. Hesychius, *άπ̄ιδε μίδον απ̄ιδεις, ή απ̄ιδας ιχ̄ος.* Pelta Amazonica exiguum scutum, lunæ jam semiplenæ imaginem referens. Virg. prim. *Aeneid.*

Ducet Amazonidum lunatis agmina peltis.


Pelta propriæ clypeus, scutum umbone carens. Hesychius, *πίλη, άπ̄ιδι, ιχ̄α σκουπίδεος.* Idem apud Suidam reperitur. Xenophon libr. 5. de Cyri expeditione peltam Amazonidum hederæ folio fuisse similem tradit: hederæ scilicet rotundæ, quando simulnari est effigie. Res itaque non multum diversa Amazonum pelta & aspis.

Καὶ πότες οἱ φοδοὶ μητρὶ ἡλιγρίζειν; Plinius *καὶ μητρὶ* legit. *Yarusque est (fructus) nec fabæ magnitudinem exce-dens.* Vulgarem fabam si intelligit, transformatio est, digna qua inter Ovidianas reponatur. Græcæ fabæ magnitudine esse vult, qua rotunda, nec magna.

Nunc quid recentiores de hac arbore tradant, videamus. Nugantur qui sicum Indicam vetitum pomum fuisse scribunt, de quo primi nostri parentes comedederunt. Unde hec hauserunt? Unde vero etiā scire quis potest quale illud pomum fuerit? Hoc arguento utuntur, quod ficus Allemannis dicatur *Fīg*, quasi *fp*, *ghp*, *tu abominande.* Sed ipsa eorum verba in medium adferā. Primi, inquiunt, nostri parentes cum serpentis fraude seducti, vetitum pomum comedissent, sensissentque quantum inde mortiferi veneni in corpus & animum grassaretur, nōmen ei dederunt, quo prorsò, *ejus abominationis*; & verso, *venenum indicaretur.* *Fīg* enim dicitur per apocopen, à *fp* *ghp*, id est, *tu abominande*: eodem modo quo *formam* dicimus à *for-ma*, id est, *præcedens mensura*; à qua voce forma sit Latinis. Vox versa *ghf* nihil aliud notat, quam venenum. Ad rationem nominum Ichnæorum. Hinc Latini sicum acceperunt, Græci corruptè *οφεος* nominarunt. Quam vero superba hæc esset ficus, & quam ingenti foliorum tum copia, tum magnitudine luxuriarer, tum etiam quam rarum, quam exiguum, quam dulcem fructum produceret, Indo-syberica nostra declararunt. Ut igitur majores nostri monerent, ab hac arbore natura prorsus esse fugiendum, ad conjugii symbolum ejus arboris fructum acceperunt, que quam maximè à ficu illa amplissima, & superbissima distaret. Quod si quis scire volet, quam perit fecerint, cotoneam cum ficu illa India conferat, inveniet nimis ingentem esse ficus magnitudinem: cyaniam vero tam exiguum esse, ut malorum omnium sit infusa: illam pomum habere exiguum, hanc omnium malorum maximum: illi esse pomum dulcissimum, huic austерum, & sapere adstringente, &c. Docet sacra

pagina, primos parentes, postquam vetitum pomum guflasset, ac cognovissent le nudos, consuisse folia ficus & fecisse sibi perizomata. Quod si ficus fuisset, pomum vetitum à primis parentibus comedestum, sacra pagina, id non reticuissest, vel saltem dixisset ex eadem ficu arbore Adamum folia consuisse & perizoma fecisse. Eadem præterea fructum arboris vetitæ pulchrum & oculis aspetto delectabilem fuisse tradit. Indicæ ficus fructus, ut omnes tradunt, exiguis, nec pulcher, nec oculos palcens. Pigmentum itaque merum quod scribunt, nec vocem ficus ab Alemannica voce *Fīg*, Romani acceperunt; multo minus Græci *οφεος* ab eadem dixerunt, Roma na lingua à Græcis profecta, Græca ab Orientali, Canaanæ, aut Palestina; Alemannica à Romanis, Latinisque originem habet, ut multis placet; quanquam credibilius, omnes has linguas suam propriam habere originem, initiumque cepisse, à turris Babylonica ædificatione. Mitto hæc. Ficum Indicam, ex relatu Fabritii Mordenæ

Ficus Indicæ.



te, viri multis peregrinationibus clari, & qui aliquot annos Goæ vixit, & vicina ibi loca perlustravit, Carolus Clusius describit his fere verbis. Eam porro arborem, de qua nobis sermo, in magnam altitudinem, uno trunco eoque admodum crasso, assurgere solere afferbat: ramos deinde in omnia circum latera expandere, quæ tenues quasdam easque singulares fibras, sive filamenta (qualia in cuscute nuncupata vulgo conspicimus) cerei sive aurei, dum recentia sunt, coloris, deorsum miccent, iisque, ubi terram attigissent, firmarentur, novanteque quasi prolem generarent, & velut in novos arborum caudices transirent; qui rufus summa sui parte novos ramos in latera spargentes, novis denuo fibris deorsum missis, sese propagarent. Sic alii deinceps rami in infinitum: ut interdum unica arbor, suis propaginibus, milles passus in ambitu occuparet, essetque difficile, quænam primaria arbor, sive omnium istarum prolium parent, disjudicare; præterquam ex trunci crassitudine, quam non nunquam in matre tantam esse dicebat, ut treum virorum ulnis vix apprehendi queat. Ceterum non modo inferiores ramos similes fibras spargere; sed etiam in arbore summos, ideoque unicam arborem densissimam sylvam efficeret. Sub

etas vero arbores aditum sibi paratueros incolas, fibras jam
in trunco conversas, tenuiores scilicet, rescidere solere,
atque ex ratione, veluti concamerationes, & umbracula fac-
cere, arcendi aestus gratia: adeo autem densis ramulis
reliquo majoribus luxuriare, ut solis radii nulla ratio-
ne penetrare queant; immo concavos istarum fornix
ficus sciudere inqualiter inde resultantem aerem: quæ cau-
sa est, ut Echo multis in locis ter, atque etiam sepius,
humanas voces reddere affirmaret: vidisse autem (ita Clu-
sio retulit idem Fabricius) interdum octingentos aut mille
viros, quo in numero ipse fuisset, unius būuscemodi arbo-
ris umbra regi: sed terra etiam hominum millia, sub
tali arbore latere posse: Novellus ramos ferre, ajebat, fo-
lia mali cotoneæ foliis similia, superne viridia, inferne
candidantia, & lanugine, sicut illa, pubescens, mi-
rum in modum ab elephantis expedita, idcirco in sillo-
rum pabulum cedere solere: fructus esse extremiti pollicis
articuli magnitudine, colore foris & intus sanguineo,
granisque plenos uti vulgares fucus, dulces quidem & e-
dules, verum minus grati saporis quam illæ; nasci au-
tem inter folia quemadmodum fucus, hoc est, in novellis
ramis, qua parte illis inhaerent folia: provenire autem
in insula Goa, locisque vicinis. Hujus arboris iconem,
quam concinue fieri potuit, ex ipsius Fabricii narratio-
ne adumbrari jussit Clusius, eamque in illorum gra-
tiam, qui hoc studio delectantur, hic subjicimus.
— Quoniam itaque, inquit idem Clusius, tam multis notis
ficus Indica à veteribus descripta, cum admirandæ būus
arboris in Indica nascentis (cujus vulgare nomen sibi ex-
cidisse serio dolebat Fabricius) historia conveniat, eo au-
daciis ei fucus Indiae nomen imposui; præseruum, cum illam
ipsam esse mihi certò persuadeam. Illius etiæ meminit Ioannes
Hugo Linscotius, qui ante paucos annos Goa, ubi aliquandiu
commoratus, rediit, in suo Itinerario, à Lusitanis istic habi-
tantibus arborum de raiz, hoc est arborum radicum appellari
dicens, ejusque iconem exprimens, sed longè ab hac nostra di-
versam. Etenim non singulare radices è ramis dependentes,
verum innumeras, easque adeo multifidas notat, ut vix
ullam arborum aut fruticem tam varie multipliciterq; sectas
radices habere putem: hanc ob causam valde suspecta mihi
(Clusio) est, & quam ex Fabricii relatione delinia-
ri curavi, verior, & ad veterum descriptionem propius
accedens videtur. Ferdinandus Lopez de Castageda
cap. 3. libr. 7. Historiæ Orientalis Indiæ, meminit cu-
juldam arboris in provincia Malaca, quam Mangi
appellat, radicem caudiculum instar sursum attollenteum.
An hæc sit quam Fabricius delineavit, dubitat Clusius.
Cæterum cum hac arbores quandam cognitionem ha-
bere videtur ea, quam Ferdinandus Oviedus prima
parte generalis & naturalis historiæ occidentalis In-
diae cap. 6. libr. 9. his verbis Latino sermone ex Hi-
spanico & Italico expressis, describit: Mangle arbor est,
inter eas quæ in occidentalî India vulgariter nascuntur,
selectissima, cum ad adficiorium fabricas, tum ad re-
liqua fabrilia. Crescit uliginosis locis, littore maris, sal-
fuginosique fluminum & torrentium in mare delaben-
tium ripis. Folia habet majoribus pyri foliis similia; cras-
fiora tamen, ac paulo longiora: siliquas binas palmos lon-
gas, aut majores, easque crassas, cassas solutivæ fructi-
bus pare, fusci coloris, pulpam instar coaguli, sive os-
sium medullæ similem continent, qua Indi aliorum e-
duliorum penuria vescuntur, Etenim licet anara sit, sa-
lubrem tamen cibum esse ferunt. Ego nihilominus ab e-
jus esu in morbum incidi; tametsi adeo delicatus non
sim, nec ab aliis cibis abstinere in penuria soleam, qui-
bus alios vesci video. Quinimo nulla etiam urgente ne-
cessitate, degustare non piget, ut commodius describere
queam; eaque de causa hunc fructum degustabam: sed
brutorum animantium, & sylvestrium hominum potius
dicendus cibus videtur. Admiranda autem ejus arboris est
natura. Plurimæ enim simul crescunt, multique ejus ra-
mī deorsum vergere, & in radices converti videntur.
Nam præter multos, quos erectos foliisque onustos, at-
que ab invicem se junctos, reliquarum arborum instar, ha-
bet, frequentibus etiam aliis crassioribus & tenuioribus
æpiciois sese ad aquam demittentibus, & sub terra aut
arena radices figentibus, prædicta est; qui, ubi appre-
henderint, alios ramos sursum vergentes proferunt. Ete-
nim non minus firmiter haerent, quam primarius arbo-
ris trunus, sic ut ex multis caudicibus simul connexis
confusa videatur arbor; egregio sane spectaculo, &
singulari būus arboris natura. Nec ablimilis ea videtur
arbor cuius ex relatione Odoardi Lopez Lusitani, Phi-
lippus Pigafetta cap. 4. libr. 1. descriptionis regni Con-

go meminit his verbis; ex Italico sermone ab eodem
Clusio conversis. In Loanda Insula ad ostia fluminis
Coanra regni Congo partem perluentis sita, nascitur ar-
bor; euranda ab incolis nuncupata, celsa & semper vi-
rens, singulari natura prædicta: nam ex ejus ramis insu-
blime elatis, deorsum demittuntur veluti funiculi, sive
fidiculae, quæ terram subeunt, agunt radices, è quibus
deinde aliae plantæ exurgunt, & bac ratione multipli-
cantur. Sub harum externo sive primo cortice inveni-
tur quasi tela quædam, qua contusa, purgata, deinde
in longitudinem atque latitudinem expansa, sese tegunt
tenuis fortuna viri & feminæ. Ea arbor quam ex Fa-
bricio describit Clusius proximè ad veterum accedit de-
lineationem; verum utrum cotoneæ mali folium ma-
gnitudinem peltæ habeat, me fugit. Quæ ab Oviedo
describitur, non est ea, cuius in veterum scriptis fit
mentio. Fructus enim ficui pomo dissimilis; siliquas
quippe fert. Quas cæteri delineant arbores; utrum
sint quæ ab Oviedo delineantur, an vero quæ à Fa-
bricio, judicare non ita facile videtur. Dubitat docti-
simus Clusius utrumne planta, quam libr. I. cap. II.
describit, ad ficus Indicæ circa Acesinem amnum na-
scantis, historiam referri possit, & hæret. Hæc de ea
tradit. Erat autem hic ramulus, cum suo fructu in u-
vae modum congesto, resiccatus, durus, crasso cortice te-
stus, gracilis & digitalis longitudinis, coloris ex fusco
cineracei, oculo fructus, exiguorum sicuum instar, cras-
so brevique pediculo subinxos summo fastigio sustinens,
fuliginosi coloris, cineraceis maculis conspersos, duros,
& satis solidos: ut quandam affinitatem habere mihi vi-
derentur cum sycomori circa Tripolim Syriæ nascentis fru-
ctu, descripto à Clarissimo viro Rauwolphio Medico Au-
gustano cap. 4. lib. I. sui Itinerarii; nisi ipse Paludanus,
qui sycomorus, in Ægypto & Syria viderat, me ab ea sen-
tentia dimovisset. Quum porro hic fructus ficui vulnari
valde sit similis figura, & nonnunquam adeo pusillus,
ut ciceris magnitudinem non multum excedat; an ad fi-

Ficus Sinensis.



cus Indicæ circa Acesinem amnum nascentis referri non
possit, cuius, ut supra dixi, Theophrastus lib. I. cap. 12.
& lib. 4. cap. 5. tum libr. 2. de caus. plant. cap. 14. men-
tionem facit? Verum is negat copiosum fructum ferre, &
ex Fabriciana relatione, singulares, interfolia, vulgarium
sicuum instar, nasci deberent. An vero fructus arboris gagnej?
quam

quam describit Ferdinandus Oviedus cap. 15. libr. 8. prime partis generalis & particularis historie. Haec tenus Clusius. Recte sentit, non esse sicut Indicam veterum. Nascitur in nova Hispania, ut refert Ioannes de Laet, qui de planta ista in hunc scribit modum; Secundo ama cortic, quam alii vocant texcalancatl, alii repeamatl, arbor grandis, latis foliis, & instar hedere, crassis & sub-purpureis, & pene figura cordis, ut pingitur vulgo, ferens fructus similes exiguis ficibus, colore purpureo, plenos seminibus minutis & rubris. Pene adducor ut credam, hunc esse fructum illum, aut certe illi similem, quem Clusius in suis exoticis exprefit, id eoque iconem quam dedit, hic adjungendam existimavi. Credo itidem eundem virum clarissimum haud frustra suspicatum hunc fructum esse arboris, quam in insulis appellant gaguey, & ab Oviedo describitur libr. 8. cap. 15. Gaguey, inquit, est arbor producens fructum instar ficus, verum haud majorem avellana, interius vero planè ad modum ficus candidae castellane, plenum munificissimis granulis & grati saporis. Aliud Indice fucus genus describit doctissimus Iustus Heurnius, cuius supra mentionem fecimus. Ficus Sinensis arbor procerata est, folia habet spatham longa, tres vel quatuor digitos lata, in margine æqualia, dilute viridia, crassa, dura, nervosa: fructus globosus, mature sensim flavescit, & dulcem saporem acquirit, ac premitur, ut fucus Hispanica, ac in longum, ut illa, servatur tempus. Saporis, cum immatura est, valde adstringentis, ut viridis mespili. Intus habet ossa plana, semicirculum referentia, dura, foris fusca, intus alba. Iconem in gratiam botanicorum exprimi curavi.

Eci εἰ τὸ περιστέρας, &c. Plinius lib. 12. cap. 6. Major alia, pomo & suavitate præcellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Foliū alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duūm. Fructū cortice emitit admirabilem succū dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen pale, pomo ariene. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. Theophrastus, ut recte observavit Hermolaus, non unam, sed duas facit arbores; quarum altera Gymnosophistæ Indorum vescuntur, altera τὸν προνότην πλεῖον comparat. Plinius vertit, folium alas avium imitatur. Græcis quidem προνότην avis quælibet dicitur, sed veteres Attici τὸν προνότην struthocamelum appellare solent. Hesychius προνότην ὁ καπηφέτης, καὶ λαζαρός, Attici struthocamelum vocant. Et sic accepisse Theophrastum nota apposita demonstrat, & στρουθία τὸν προνότην, quæ galeis imponuntur. Eodem sensu voce hac utitur Pollux libr. 7. Αργεῖος εἰ τὸ προνότην δοράς αὐτὸν θωράκων καὶ αἱρίδες οἰφοτόποι. Arabes struthocamelorum pelle prolorica & clypeo utebantur. Πτεροῖς vertit alis. Πτεροῖς ut plurimum, immo ferè semper, alas significare, negari non potest. Hoc tamen loco pennas vel plumas malim interpretari; quia pluma vel pennæ, quæ galeis imponuntur è cauda, non ex aliis struthocamelorum sumi solent. Hodie etiam militum, nobiliumque Germanorum pilos galeasque plumbis & struthocamelorum cauda ornari videmus. Nomen arbori illi tradit esse pale, pomo ariene. Arrianus libr. de rebus Indicis meminit arboris, quam talam vocari ait. Sed haec est, quæ lanifera aliis dicitur, & à Theophrasto cap. 9. hujus libri describitur. Aliunde haec nomina Plinius quam ex Theophrasto hauhit. Carolus Clusius palam hanc muzam, sic dictam arborem, esse existimat. Credo, quod apud Garciam libr. secundo cap. 10, legatur; Nascitur muza (sic scribendum non must per sigma; Arabes enim muza per z scribunt; quippe quibus mauz & almauz, & muz dicitur. Inepti ergo, ut recte idem moneret Garcias, qui scribunt, appellatum hunc laudabilem fructum, musa, quod dignus sit musis, aut quod earum sit cibus; nugantur etiam, qui fructum hunc esse volunt, quem Protoplastes in paradiso gustavit) in Canara. Decan, Gurazate, & Bengale, vocaturque illis quelli. Nascitur etiam in Malabar, ubi palan; & in Malavo, ubi piçan dicitur. Provenit etiam plerisque aliis in locis, & in ea Africæ parte, quam Guineam appellant, ubi Banais nuncupatur. Arabes eum fructum muza, aut amusa vocant (ita, ut dixi, scribendum, non muza.) Alpinus etiam Ægyptiis Mauz vocari auctor est. Sic & Avicenna & Serapio & Rhæses, qui de hoc fructu peculiariter capite scripsierunt. Balan vocari scribunt, quomodo Plinius arborem vocari tradit. Cogitandum vero omnino fuerat duas a Plinio arboreos confundi, turbatoque ordine earum narrari historiam. Fortassis ea arbor cuius fructu Indorum Gymnosophistæ, (qui non vestiuntur, sed nudi agunt,

legendum enim τὸν προνότην εἰ συφοῖς σὲν εἴ ματζόρποι,) vescuntur. Hanc tradit Theophrastus esse magnam, fructum magnum suavemque ferre. Has omnes notas habet Muza, sed tantum ad puniceæ assurgit altitudinem, quam ex recentioribus Garcias, Alpinus, Mathiolus, Lobelius, Pena, Clusius, & Oviedus describunt: nemo tamen melius Alpino & Mathiolo. Mauz, inquit Alpinus, arbor apud Ægyptios vocata, crescit in multis locis Ægypti, præsertimque Damiata, olim Pelusii (Garcias in India Orientali in Canara, Decan, aliisque regionibus provenire tradit) ad mali punici magnitudinem, sed ramis caret: nam instar cannae folia sua spargit, quæ longissima sunt & latissima, adeo, ut sex, septemque cubitorum in quibusdam vissa sit longitudine; latitudo vero duorum. Ajunt multi instans hanc plantam fuisse cannae sacharinae, supra culcasie radicem, vereque imago utriusque in ea cernitur, longitudinem cannarum, & latitudinem culcasia in foliis apta, perpetuo viret, nunquam folia decidunt. Hæc de arboris facie Alpinus de fructu mox agemus. Nunc quid Garzias, & quid Mathiolus tradunt videndum, ut hujus historiam melius cognoscamus. Hæc planta, inquit Garcias, non nisi semel seritur. Nam semel sata, ex trunci pede multis stolones producit, qui in arbustulas evadunt. Truncus ex squamoso foliorum cortice conformat. Folii amplissimæ, binorum cubitorum, vel amplius longitudine, cubiti latitudine; ex currente per medium lata, crassaque costa.

Muza.



Nullis constat ramis, &c. Memorabile quod de hujus arboris foliis refert Mathiolus. Adolescit hæc, ut referunt, ad quinum senumve cubitorum proceritatem, ē stolonibus alterius sata: folio est arundineo; quod tam per quam longo, latoque ambitu se diffundit, adeo ut in longum trium cubitorum mensuram quandoque excedat, in latum vero sesquicubitum spatietur, lata crassaque per medium excurrente costa. Torrescent folia æstate sui natura, vel etiam fortasse solis ardore; adeo ut mense Septembri corum costæ prossimæ nudæ cernantur, deridente foliorum materie, quod admodum sit tenuis. Miror hæc non observasse Alpinum: &c, si verum est quod à Mathiolo traditur, quomodo Alpinus

pinus tradat, non decidere. Alpinus tamen testis ocularius. An dicemus, Alpinum scribere, folia non cadere, quod brevi temporis spatio, nova folia ad costas veteres renascantur; vel cadere, jam renascentibus aliis? an verò dicemus Mathiolo impositum?) Caulis squamatus foliorum cortice vestitur, consistit, palmæ vel arundinis modo. Ramos habet nulos, sed caudice tantum consistit. Et hæc de arboris facie. Folia ad nos sepe adseruntur, quippe gummi, quod elemni vocant, sis involvitur. Integra quandoque vidi, quæ duorum, trium, quatuorve pedum longitudinem superarent, omnia tamen inferne compressa erant. De fructu hæc Alpinus. Hæc planta fructus fert multis, parvis cucumeribus similes, sed racematis multos appensos. Color ipsorum exterius aureus cernitur, corticesque suavissimum odorem, atque aromaticum spirant. Substantia ipsorum cucumerum persimilis aliquatenus existit, sed est tamen mollis, pinguis, lenta, dulcis, atque apprime suavis, eam comedere assuetis seminum vel nucleorum expers. Garcias; Nullis constat ramis, sed è germine flores quosdam conjunctos profert, subrufos, ovi effigie, & palmi longitudine, è quibus circumeminente pediculis, centum, interdum ducentos fucus sustinentes. Mathiolus: E vertice germen emergit, materie molli, longitudine ferè cubitali; a quo alia ab origine, ad summum prodeunt germina ternum quaternumve digitorum invicem distantia; è quibus circumeminente fructus, parvi cucumeris magnitudine, qui per maturitatem quadantenus flavescunt, cortice sici, qui codem modo digitis detrahitur; substantia pulpa consistit melopeponum modo, nullo intus osse, neque semine. Primum gustantibus fructus insipiditatem quandam præ se ferre videntur, adeo ut primo statim gustu non placeant, verum qui esu assuefacti, sis indies magis delectantur: quippe qui quadam occulta saporis suavitatem allecti, quæ nisi traæ temporis cum palato init gratiæ, nunquam saturari videantur. Ex his delineationibus, recte clariss. Clusium apud Plinium pro cortice legere, caudice, in hunc sensum, fateri cogimur. Nam summo stipite fructum profert; fructum caudice, (non cortice, ut vulgati cortices habent. Forte vertice eodem sensu non male scriberetur, proprius ad vulgariam accedit lectioñem) emitit (antiquus codex, mittit) admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Falluntur qui daçtylum Cyprium Theophrasti esse existimant. Nec folia, nec arbor, nec fructus, quicquam habent quod palmam refert. Expendat diligens lector, utriusque delineationem, videat icones, sanc CONTRARIU statuet. Nescio etiam utrum muza hæc in Cypro reperiatur. Addo fructum palmæ Cypriæ non esse sapidum, muza longè suavissimum. Nec minus falluntur, qui arborem foliis plumæ, aut pennæ struthocamelorum similibus scribunt. Nullam cum pluma hujus animalis similitudinem habet muza folium. Pluma, pennave avium incisa ac dissecta est, quale non est hujus arboris folium. Vehementer errant, qui φυγιαὶ δος existimant esse, cuius apud antiquissimum tragicum Αeschylum fit mentio. φυγιαὶ δος enim arbor, quæ ob altitudinem à pecude tutæ est. Hesychius, φυγιαὶ δος τῷ Αἰδώνῳ επιφέρεται τοιότι τῷ βοσκητῶν. Muza arbor ad tantam altitudinem non assurgit, ut ab elephanti, camelis, bovibus, aliisq; pecudibus fructus turritus esse possit. Illud addendum, Ovidium hanc platanum nomine imprædicto appellare libr. 8. hist. Indicæ cap. I. cuius descriptionem quia cæteris adhuc plenior, hic subjungam. Invenitur, inquit, hic fructus platani nomine, tamen si neque arbor dici possit, neque vera sit platanus; sed planta quædam huic Indiæ haud quaquam peculiaris, & aliunde translata sub platani nomine. Interdum autem hæc imprædicta platanus in arboris cæstitudinem excrescit, & hominis crassitudinem adquirit; Aliquando vero coxa humanae crassicie conspicitur, pro soli natura & ubertate auge scens. Ab infimo ad summum folia fert amplissima, interdum duodecim palmos longa, ternos aut quaternos lata, plerunque minora. Hæc ventorum flatibus (Mathiolus ardori solis adscribit) facile multifariam dissecantur, & ex costa illa per foliis longitudinem excurrente pendere spectantur eum in modum dissecta. Tota planta veluti germen est, aut surculus, in cūsus summo enascit pediculus, aut malleolus brachiali crassitudine, qui uero prodicit, vicenos, tricenos, interdum centenos. & plures fructus, palmari longitudine brachialique crassitudine sustinentem, non inquinam minores, quandoque etiam ampliores, pro plantæ ipsius & soli fertilitate. Cortex huic satis crassus, sed qui facile eximatur, continens pulpan sive carnem bubule medullæ persimilem. Integra uox ante maturitatem colligenda est, cum videlicet aliquis fructus flavescere incipit; dein in ædibus suspendenda: illic enim plenam maturitatem consequitur. Hic fructus in duas

partes per longitudinem aperius. Et utrumque incisus, deinde insolatus, gratissimi est saporis, et caricas succi bonitate superat. tegule item impositus, et in clibano coctus, cor reficit, et suavissimus est. Sunt qui cum carnibus elixent, cortice exempto illae imponentes cum carnes ferre coctae sunt: diutinam enim concoctionem non fert. Sed neque maturus nimium, neque omnino acerbus deligendus est. Sunt qui crudum edant, at maturum, sine pane aliove aliquo condimento: gratissimi etenim est saporis, nec minus salubris, et facilis concoctionis. Caudex qui uvam profert, annuis est, et semel duntaxat in vita fructus gignit. Verum ad radices consurgunt, quinque sex aut plures surculi, qui parentem renovant, et subsequentे anno fructum perficiunt. exempta tuta abscitur planta, utpote inutilis. Adeo vero fructuosa est haec planta, ut nunquam intercidat, sed subinde novas proles gignat, ut fructus toto anno uberrimos legere liceat. Formica huic planta admodum infestare sunt: ideoque plurima hic initio perierunt, antequam adversus ea inventa essent remedia. Peregrina enim, ut initio diximus est haec planta, et hoc ex magna Canaria anno Domini 1516. primum transplata. Hæc Oviedus.

"Επεργος δι τη φύσεως, &c. Describit Theophrastus ex multorum sententia Lycium Indicum, quod cetera Garcias vocari tradit. Lycii Dioscorides duo tradit genera, vulgare & Indicum. De utroque hoc capite nobis sermo erit. De priori haec tradit Diosc. λαβον ο επιτηδευματικην καλοδον, διεδεγι ιστη αναγραφει, ρασθενον ιχνοτετραπτηριν η μεταζωης (vet. τετρικης τη μεταζωης) επειδης τα φύλλα παντα προσιν πυκνον. (quidam addunt, πετραν θερμον η φύλλον) τετραπτηριν οι έχοντις πετραν μέλαναν, πικρον, πυκνον, λεπτον, ει το φύλλον οιδισχον, ομοιον το διεγένετο λεπτον πίταν οι πολλοι, πλαγιασι, ξελάδισι, φυτευται η τοποτηρη σε Καρπαθον. Ει λυκια, η σε αλιοις πυκνοις πολλοις, τερκια οι φιλητης καρδιας κυλιζεται η τα φύλλα σων τοις θερμοις θλαισθαι των η βρεσκεται, ει φινονται ησισσε, ειδικηνται, κατη παν οδρον ζυλων πτυλονθρων, Ει οι ινγερον παλιον ιχνοδέουν μερις μεταποιησιν συστεωσεν. Μεταντησι οι αιμορρυγης αριστη τη ηφαιστης μεγανθρωπον. η ηφαιστιον κυλισται, η βεσιος κολη. η το ιδρυ πιπτονθρωπον, Αφανεσι η τη ηφαιστης αφελων διπλων ει το φραστρον το οι λοιποι εις τη μαλα γραψι, γινεται οι η σε οι περπολοις οροις κυλισμα ειπεισθρόν και αιταζομένου. ητι οι κηφισιον το κρανηθρον λαγκον, και (particula haec in veteri non reperitur codice) η την εβισιον την άφερον (Oribas. κηφισιον) εισερχεται ιχνον ηξερων μελανον. Διεργεται οι κιρροις. αδρανον, ενθρον μετη πικριας λεγωνται καρκαδιναι, οιον ιστη λειχηνης η φιερον η λειπον, και δοτανωνται. Lycium quod aliqui pyxantham vocant, arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas foia sunt buxo similia, densa (quidam addunt, medietatem colore in frigore habens) fructum habet piperis instar nigrum, amarum, densum, levem: corticem vero pallidum, lycio diluto similem, et radices numerosas, obliquas, lignosas; nascitur plurimum in Cappadocia, Lycia, pluribusque aliis locis. Aspera loca amat: succus elicetur radicibus, cum fructu ipso fusis, et per dies multos maceratis, deinde coctis; ac tum ligna quidem abscipiuntur, liquor vero iterum coquitur, donec mellis crassitudo fiat: adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absynthii succo, aut felle bubulo. Quod porro spumosum innatat inter coquendum eximito, et ad oculorum medicamenta reponito: reliquo ad alia utitur. Simili modo et est fructu espresso et insolato succus elicetur. Optimum est lycium, quod igni accenditur, quodque dum restinguitur, rubentem spumam (fumum Oribas.) edit, extrinsecus nigrum, intus vero dum dissecuerit fulvum, minimè virosum, cum amaritudine astringens, colore crebro, quale est Indicum, reliquo prestantius et efficacius, &c. De Indico lycio haec Idem Diosc. tradit. λειχηται οι τη ινδιην λύκον μελανον, οι ιχνον της λειχηθρης λεγυμηνον. Ιτι οι ειδοι αναγραφης, πασθεν ιχνονται ιρδαι, τετρικης, η μεταζωης ποδας η πυκνης, πικριας βατου, φλοιος παρης επεργησης. τη η φύλλα ομοια ιλαια, &c. Fertur et lycium Indicum fieri ex fructu lonchiride appellato. Est is ε spinarum genere, virgas habens rectas, tricubitales, aut etiam maiores, a fundo numerosas. et rubo crassiores, ruptus cortex rubescit: folia vero olea similia visuntur. In verbis Dioscoridis haec consideranda sunt. 1. quod in vulgaris codicibus, ut observavit doctiss. Saracenus, legatur, πικρας δι πολλα, μαλαγιας, quomodo etiam legit Serapio. In codice tamen Palatino scriptum esse, πικρας οι πολλα μαλαγιας, hoc est lata. Hanc lectionem sequutus est Oribasius, eandemque confirmavit Plinius lib. 12. cap. 7. radice lata, lignosa, buxei coloris. 2. ανη κυλιζεται οι τα φύλλα σων της ιχνων. Apud Oribasium habetur, κυλιζεται οι τα μελαναν vel πικρων. Quam lectionem probat Ruellius, defendit Plinius lib. 24.c. 14. Coquuntur in aqua tusi rami radicesque. Suspiciatur doctiss. Marcellus extremam partem capituli de Lycio Indico haud legitimam Dioscoridis esse, idq; quia ante semel

in India nasci spinam buxeam dixit. Suspicionem auget, quod plures illic voces sunt parum propriæ, & huic scriptori insolitæ; addo apud Oribasius ista desiderari. Ex diverso legitimæ esse, illud adstruere videtur, quod Alpinus describit plantam, non omnino diversam à delineatione Dioscoridis. Sed inde non sequitur, ab antiquo quodam medico ex alterius historia partem hanc non accrevisse. Meminit Plinius Lycii lib. 12. cap. 7. Tradunt in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia; fert & in spina (antiquis codex spinis) piperis similitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis densisque cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaque, buxei coloris. Hec (antiquis codex hoc) in aqua cum semine excepta in æro vase medicamentum fit, quod vocatur lycion. Ea spina & in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum. Item asphodeli radix, aut fel bubulum, aut absynthium, vel thus, vel amurca. Lycion aptissimum medicina, quod est spumosum. Indi in urribus camelorum aut rhinocerorum id mittunt. Spinam ipsam in Græcia pyxanthum Chironium vocant. Idem libr. 24. cap. 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quonian longe præstantissimum existimatur Indicum. Coquuntur in aqua tufi rami, radicesque, summae amaritudinis, æro vase per triduum, iterumque exemplo ligno, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amaris succis, etiam amurca & felle bubulo. — Indici differentia glebis extrinsecus nigris, intus rufis, cum frigeris cito nigrescentibus. adstringit vehementer, &c. Prior Plinii locus corruptus, confusus, perturbatus. Tradunt, inquit, in Indico luco id gigni. Scribe, tradunt in India Lycion gigni. Quod sequitur, advehitur odoris gratia, ante hac putavi; & ad hoc puto, ad garyophylli historiam pertinere. Illud impedit, quod paulo infra legatur, thure adulterari. Sed & verba ita corrupta, ut jamjam dicā. Totam hanc periodum scribo; Est etiam in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllum, grandius fragiliusve; advehitur odoris gratia. Tradunt in India lycion gigni: spina est, fert fructum piperis similitudinem, præcipua amaritudine. Diosc. εγενόντος της πίπερος μικρα, πικρή, πυκνή, λεῖον. Vulgata Plinii lectio nullum habet sensum. Fert & in spina piperis similitudinem. Quid fert in spina? Folium, radicem, ramum, an fructum? Piperis instar nigrum ferre fructum auctor Dioscorides foliis parvis densisque cypri modo. Dioscorides primum lycii genus foliis inquit esse densis, buxeis; alterum oleaceis. Cypri folia oleæ similia quodammodo sunt, & nullam cum buxo similitudinem habent. Confundit ergo Plinius utriusque lycii historiam. Ramis trium cubitorum: Hoc de utroque Dioscorides: Hæc in aqua cum semine excepta &c. Scribe, Hac in aqua cum frutice expressa, in æro vase. Ni ita scriptus Plinius cum Dioscoride, plane differt, apud quem ΧΩΛΙΣΤΡΑ ΔΙΑΦΩΤΑ; (diximus πίπερον scribendum) οὐδὲ τις διέφερε διαστον, &c. Veteres & recentiores codices omnes hac habent, non, &c. Hac, scilicet radice, cum frutice expressa in æro vase fit medicamentum, quod lycion vocatur. Plin. libr. 4. Coquuntur in aqua tufi rami, radicesque, summae amaritudinis æro vase, &c. Ea spina & in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum. Item asphodeli radix, aut fel bubulum, aut absynthium, vel thus, vel amurca. De asphodeli radice nihil Dioscorides; nec video quomodo medicamentum, id est lycion ea adulteretur. Rectius legitur libr. 24. adulteratur amaris succis, etiam amurca & felle bubulo, &c. Melius etiam in antiquo codice rus legitur, pro quo rhus scribendum. Adulteratur rhoe; quod adstringendi vim habet, rhus sive, ut vulgo vocatur, sumach. Totam hanc periodum scribo; Ea spina & in Pelio monte nascitur. Adulterat medicamentum lycion asphodeli radix (quis audet scribere succus amarus? violenta nimis correctio) aut fel bubulum, aut absinthium, vel rhus, vel amurca. Cur thure, re apud antiquos pretiosa, adulterarent? odore suo thus adulteratum esse, proderet. Rhoen ob causam quam dixi addebat. Lycion aptissimum medicina, quod est spumosum. Dioscorides quod uripotest, & restinctum spumam rubentem ostendit, præstantissimum ait. Spinam ipsam in Græcia quidam pyxanthum chironium vocant. Omnino scribendum in feminina terminatione, pyxanthum chironiam vocant. Ipse Plin. libr. 24, quam & pyxanthum chironiam vocant. Dioscorides οὐδὲ τις περιέχει την καλοδοτην, &c. Nomen accepit, quod planta sit spinosa foliis buxeis. Ad cap. 14. libr. 24, illud tantum dicendum, quod Dioscorides optimum lycium, quale Indicum, ait extrinsecus nigrum, intus κιρρόν, quod rubrum vertit Plinius; qui Indicum tale ait, cum Dioscorides optimum istis describat

notis. Ineptum planè quod eodem capite tradit; Ex radice rhamni fieri medicamentum, quod lycion vocatur. Falsum hoc, & à nemine proditum. Forte voluit scribere, ex rhamni radice fieri medicamentum, quod pro vero lycio, quando ad manus non est, vel comparari nequit, usurpetur. Cæterum an Plinii locus legendus quomodo diximus, doctiorum esto judicium. Nobis probabile id quidem admodum videtur: & vulgariter admodum corruptam, quilibet facile animadvertis. Indicum Lycium Myrepfus κεραμίδιον vocare solet, quod ignorarunt ejus interpres. Repofuerunt, enim Ιδιότης λύκιον. Neophytus, λύκιον Τιθηνός, ἡ τοῦ φύτευτος ιδιότητος λέγεται κεραμίδιον. Sic id vocatur, quod ut Dioscorides ait, succus ejus, καρποὶ κεραμίδων sit, colore croceo. Notandum ab iisdem, ut Neophytus ait, Idiotis betonicam vocari κεραμίδιον. βετηνίκην, inquit, τὸ τοῦ φύτευτος ιδιότητος λέγεται κεραμίδιον. Diligenter ergo medicus ad sensum Myrepfi attendere debet, utrum per κεραμίδιον vel κεραμίδιον intelligat beto-

Lycium Italicum.



niam, an Lycium Indicum. Plantam, cuius imaginem appendi curavimus, recentiores pro vero exhibent lycio. Spinosa est arbor, ramis tres cubitos longis, aliquando etiam longioribus, cortice pallido, foliis densis, spissis, buxeis: fructu instar piperis nigro, amaro, glabro, & denso; radicibus multis, fortibus & lignosis. Nascitur in Lucia; unde & nomen habet, & in Cappadoccia, multisq; aliis locis. Solum amat asperum; reperitur etiam in Italia. Aliam iconem Lycii depingit Matthiolus, quam doctiores fictam suspicuntur, nos nunquam vidimus. Quæ Lycii nomine ostenditur planta, verum non est lycium; quippe floribus candidis; sequuntur baccæ, ligustri baccis ferè similes, sapore acerbo & adstringenti, cum Dioscorides cum amaritudine adstringere fructum doceat; & nisi amaro rem manifestum haberet, non posset cum absinthio aliisque herbis amaris adulterari ejus succus. Succus qui Lycii nomine vendi solet, periclymeni succus est; calida & attenuante facultate constans, cum lycium vel temperatū sit, vel cū frigiditate adstringat: vel ex diversis qualitatibus constet. Non esse verum lycium, quod Lycii nomine venditur, vel inde colligitur, quod igni flammatque admodum non accendatur, nec intus ruffescat, omnique amaritudine careat. Elegantem quandam plantam, cuius effigiem exhibemus, Lycii Cretici nomine describit Prosper Alpinus libr. 1. exot. cap. 11. ubi ait. Tametsi in libro de plantis Ægypti duas stirpes pro Lycio meminerimus, quippe arboris ureg, & ahialid Arabibus vocatas, nibilominus, nisi mea me fallit opinio, hisce annis proximis mibi aliam lycii plantam ex Creta missam, à vero antiquorum lycio non abborrentem, in montanis illiuscē insula proventem,

Lycium Creticum.



vénientem, videre licuit. Hæc arbor parva est, homini's altitudine supra terram elata, spinis horrens, foliis buxi, angustioribus tamen, quaternis aut quinque simul ramorum patribus eminentiōribus citra pediculos, inherentibus. Caudex habet utrimque ramos multos, graciles, rotundos, ferè rectos, duros, lignos, habentes quasdam in equalitatem in ipsorum rectitudine; quippe qui habeant brevi intervallo partes quasdam eminentiores, à quibus singulis tres spine acutæ, nigre, dura, simul cum foliis buxeis, sed teniōribus exēunt; in quibus flores duo vel tres à suis pediculis pendent; à quibus deflorescentibus succedunt una, duæ, vel ad summum tres baccæ, oblongæ, nigrescentes, piperis magnitudine, & rotunditate, sapore stipico, primo subdulci, post amarescere. Radices non vidimus; verum an ex iis, ut antiquitus fieri consuevit, succus eliciatur, lycium vocatus, tantopere ad medicinæ usum accommodatus, plane ignorō. De eo succo nos in libris de plantis Ægypti scripsimus, capite de ureg, quod pertinet ad istius plantæ facultates, atque usus medicos. Procul dubio & habebit hæc planta easdem, & vires & usus, quos antiqui de lycio tradiderunt; cum præsertim & hæc stirps notas veri lycii habeat, & folia & fructus cum adstrictione amarescant. Primo enim gustui sub dulces apparent, & mox levi ea dulcedine resoluta, amari esse sentiuntur; quæ amaritudo in ipsis remanet modica. Iporum essentia mixta est, ex substantia tenui, calida, amara; qua calfacit, siccitat, detergit; ex terrea frigida & siccata, qua adstringit refrigerat, siccitat, roboret, meatus claudit. Hæc genus Alpinus. Meminit Lycii Cretici Honorius Bellus epistola prima ad Carolum Clusium, in qua hæc tradit; *Lycium hoc Creticum vulgo vocatur λούτιον*. Frutex est ad quatuor aut quinque cubitos assurgens, totus spinis horridus, spinasque tres simul (ut in berberi vulgari cernuntur) proferens. Folia habet parva, ad buxi foliorum formam accedentia, leviter serrata; flores copiosos luteos, instar paliuri, sed minores, quibus succedunt aliquantulum longi, ut berberi fructus, coloris autem nigri, saporis inter acidum & dulcem medii: in quibus vel unum vel duo granula continentur. Cortex ligni non levis, ut berberi, sed asper & pallidus est; materies ligni lutea, atque radix ipsius elegansissimo luteo insicit. Oritur in altissimorum montium convallibus. Differt autem à berberi, cuius folia majora sunt, & fructus

racematis nascuntur. Legitimum vero lycium non est, quia fructus neque rotundus ut piper, neque amarus est. Propterea potius vocanda erit berberis alpina aut montana, quam lycium, quemadmodum Silverius Todeschini censet, qui hunc fruticem etiam frequentissimum in Libano monte invenit. Ceterum duo alia lycii genera hic (in Creta insula) reperiuntur, quorum unum maximè historie convenit. Id etiam in Libano monte oritur, cuius ad manus neque semina, neque rami sunt; ideo de ipso in praesentia verba non facio. Alterius vero ramos siccis, simul cum ejus fructu nondum maturimoto. Vocatur λούτιον & περγαμώδαλα, hoc est petrea amygdala; licet cum amygdalis nihil commune habeat. Frutex est ad duorum vel trium cubitorum altitudinem assurgens, densus, folia parva, firmaque ferens, spinis totus plenus est, & fructum rotundum fermè, parvum ut piper habet; cum ad maturitatem pervenit nigrante: radix lignosa est, maxima, eaque firmissima. Hebrei ex hujus fructu elegantem luteum colorem parant. Hæc Bellus. Quam primo loco describit ac λούτιον vocari scribit, ea (quantum ex Alpini iconē conjicere possum) est quam Alpinus Lycium existimat. Duabus de causis negat esse lycium Bellus; quod fructus nec amarus, nec piperis instar rotundus. Utrumque argumentum facile solvitur. Ac primū jam solvit ipse Alpinus; cum ait, amarum gustum demum sentiri, cum primus gustus dulcis ac adstringens jam resolutus sit. Ad alterum dico, ex eodem Alpino; proximè ad piperis rotunditatem accedere, sed piperis modo rotundum esse, nemo tradidit. Quantum ex Dioscoridis verbis colligere possum, nigrum instar piperis ait. καρπὸς δὲ τοῦ αἰγαλίου περγαμώδαλα, πηκτὶς, &c. Quæ verba tam de colore, quæ de magnitudine vel forma piperis intelligi possunt. Et hæc de vulgari antiquorum lycio; nunc de Indico videamus. Hoc videtur describere Alpinus in libris de plantis Ægyptii cap. 12. Fortasse arbor illa agihalid vocata, pro lycio aspernanda non esset, sed nunc verum lycium Indicum tibi prodam: quem fruticem longè ab Alexandria civitate supra ripas rami Nili Calig vocati, decem millia passuum inveni; quem incola ureg appellant; Est igitur frutex multis ramis reclivissimus, ab radicibus multis, duris, lignosis, oblique incedentibus, longitudine trium cubitorum, & plus observatis, sursum assurgens, ramisque spine acutissimæ, & longæ, multæque insunt, quorum quedam foliolis vestita spectantur. Folia vero hujuscemodi fruticis sunt olivæ similia, iis tamen candidiora, & angustiora, vel minus lata: Flores agihalid planè similes habet; quippe parvos, albos, hyacinthi orientalis forma & magnitudine & mulis, à quibus fructus nigri, parvi producuntur, ebuli fructibus prorsus similes, leves, gustu amari & adstringentes, &c. Quanquam ibi multa copia lycii circumfertur, tamen nescio, an ex hoc frutice conficiant, quando neque hanc plantam copiose in Ægypto provenire cognoverim, neque scio illis esse notam. Siquidem lycium ab illis usurpatum falsum ac adulteratum esse arbitror. Hic enim succus qui ex Arabiæ locis asportatur, durus est, nigerque exterior, acaciæ succo valde similis, fractus intus colorem alos pre se ferre videtur, odore obscuro, non ingrato, sapore subdulci, adstringente, nullius amaritudinis participē: viscosusque est, digitisque contrectatus adhæret. Ex quibus veris lyciis à me non creditur; præsertim cum neque amaritudinem habeat, neque igne succensum, sive ignitum, rubescensem edere spumam, ut multi de vero lycio tradidderunt, observamus. Sequitur apud Alpinum, quomodo hunc fruticem dentum invenerit cum in patriam rediret, eamque causam ait, cui lycium ex ea non præparari, ac cognoscere potuerit, utrum verum antiquorum lycium ex eo extrahi ac componi possit. Repperit hunc fruticem quando ex urbe Cayri Alexandriam per Nilum flumen navigaret. Stirps hæc omnes notas habet, quas de lycio tradit Dioscorides. Dolendum Alpino tempus defuisse, quo Alexandria conficerē ex hoc frutice lycium potuerit. Quæ à Garcia Lycii nomine describitur, notas plures haber, quibus lycium antiquorum non esse probatur. Garcias lib. 1. Arom. hist. cap. 10. Plurimum nascitur in Lambaia, præsertim Baçaim, Manora, & Daman urbibus Lusitaniae regi parentib. (tum saltē cum scriberet hæc Garcias) provenit etiam in continenti Goæ, aliisque plurimis locis, sed non tam abundanter ut supra enumeratis, è quibus mercimonii gratia exportatur magna quantitate in Sinarum regionem; in Arabian vero, Persiam, & Corafone, medicamentis causa, & pauca quantitate Magna autem copia in Sinarum regionem, & Malacam deportatur, quia in magistratoris plurimus illius cum Berre usus. Ejus nomen apud omnes enumeratas nationes est Cate, in Malaca Cato. Quod vero hoc nomen Cate, aut paulum immutatum apud Arabes.

Persas, reliquiasve Asiae nationes obtinuerit, in causa esse puto, quod maxima pars illius in Malaca regno absuntur, ubi idem nomen obtinet; Quemadmodum in coeti vocabulo accidit, quod licet uplot in provincia, ubi plurimum gignitur, dicatur; ab omnibus tamen ferè Indis puchō, lingua provinciae Malacæ, vocatur; quod istuc multus ejus sit usus. Ceterum arbor ex qua hic succus extrahitur, magnitudine est fraxini, folio minuto ericæ, vel tamarici simillimo, perpetuo vidente: florere ajunt, sed fructum ferre negant; multis spinis horret. Materies ligni robusta, dura, densa, ponderosa, nec, ut ajunt, putredini obnoxia, sive solibus expontatur, sive aquis immergatur: quam ob causam ab incolis lignum semper vivum nuncupatur. Ex eo propter duritatem, & pondus pistillæ sunt, deglumandæ oryzæ idonea in mortariis ligneis, sex palmas in ambitu continentibus, Incolecam arborem hacch vocant. Cur autem ipsum succum cante nominent, nulla ratione consequi possum. Porro succi extrahendi ratio hæc est. Ramos hujus arboris minutum concisos in aqua coquunt, deinde contundunt, postmodum cum farina nachani (semen id est nigrum, & minutum sapore secales, conficiendis panibus aptum) & cujusdam nigri ligni, quod istic nascitur, scobe (interdum etiam sine eo) pastilli aut tabellæ formantur, quas in umbras faciunt, ne solis ardore earum facultas evaporet. Optimum est medicamentum non modo ad confirmandas gingivæ, & desiccandæ & constringendum; verum etiam ad alvi profluvia curanda, oculorumque dolores tollendos, in quibus plerunque optimo cum successu usus sum. Nunc supereft, fueritne cate veteribus cognitum, ex aminemus. Ego si mibi dicere licet, quod sentio, omnino existimo nostrum hoc cate, nihil aliud esse, quam Græcorum & Latinorum lycium. Nam ejus exerabendi ratio, ab omnibus eadem describitur, iisdemque facultatibus pollere censetur, quibus nostrum cate. Huc adde quod lycium Indicum profertur, tum à Dioscoride, tum à Plinio. Hæc Garcias. Non facile quis persuadebit hanc plantam Lycium antiquorum esse. Lycium utrumque veterum planta spinosa est: spinarum mentionem non facit Garcias. Vulgare virgas emittit trium aut quatuor cubitorum. Indicum frutex est: planta à Garcia descripta, fraxini magnitudine spectatur; arbor ergo magna. Lycium vulgare foliis buxi, Indicum foliis oleæ: cate foliis tanaceti, aut ericæ minutis est. Nullius valoris argumentum est; Ex cate eodemmodo succus, quo ex lycio detrahitur ergo lycium est. Possum ex melpilo, malo punica eodem modo succum extrahere. Iisdem, inquit, facultatibus pollet; adstringit enim & corroborat. Idem præstabat & Mespili, & punicea succus. Hæc satis ostendunt cate non esse lycium. Cate à Garcia descriptam plantam eam contendunt, quam Theophrastus folia ferre ait επούλων πλεγίς οὐσια. Pro quo Plinius, alas avium imitatur, quasi ipsius scriptum fuisset. Folia hæc Theophrastus duorum cubitorum longitudine inquit, quod de particularibus foliolis accipi non debet, sed de integra costa, sive, ut Theophrastus loqui solet, πάχει. Cate Garcias foliis inquit esse minutis, ericæ aut tamarici similibus, quæ nullam cum pluma penne struthocamelorum similitudinem habent. Nos, salvo meliori judicio, arborem Theophrasti delineare putamus, quam Areca Indi vocant, & faufel. Nihil impedit, quod Plinius pomū sic vocari tradat. Nam duas, ut dixi, confundit arbores, & ex duabus historiis unam conflavit. Cum ergo legisset, vel apud Sestium, vocari arborem Indicam pale; apud alium, puta Aristobulum vel similem arecam nuncupari; alterum nomen plantæ attribuit, alterum pomo; cum diversis arboribus diversa hæc nomina adscribere debuisset. Hæc omni dubitatione carent. Faufel, ut dixi, & hodie areca ab Indis vocatur, foliaque fert binum trinumve cubitorum longitudine, pennis struthocamelorum non dissimilia, quorum partem posteriorem galeis imposuerunt veteres. Hanc arborem Garcias libr. I. arom. Historia cap. 25. describit. Dicitur Arabibus Faufel (tametsi corruptè Avicenna filsel, & fusel) tum etiam in Dofar, & Xaël portubus Arabicis: in Malavar pacà vulgo, à nobilioribus vero ate- ca; quo nomine utuntur Lusitanæ qui in Indiis habitant, quoniam primum ea regio illis fuit cognita, in Gurarate, & Decan, Cupari: in Zelian poar, in Malaca pinan, in Couchin chacani. Nascitur plurimum in Malavar, in Gurarate, & Decan pauca quantitate, idque duntaxat in maritimis; sed laudatum, præsertim in Chaul, quod defertur in Ormus. Optimum item provenit in Mombaim insula, quam Garciae rex Lusitanæ dono dedit, excepta emphyteusi, ut ait. Laudatur etiam, quod in regione Bacaim provenit, atque id defertur in Decan, cum hoc quod in Gauchin nascitur nigrum & pusillum, durum admodum, postquam siccatum fuerit. Nascitur etiam in

Malaca, sed tam parva quantitate, ut vix incolis sufficiat. Item in Zeilan magna copia, sed candidum, quod in eam partem regionis Decan defertur quæ Cotamaluco paret, tum etiam in Bisuaga. Refertur etiam ex Zeilan in Ormur, Cambaya, & in insulis Maldivas, sive Naledivas, & tametsi Serapio libr. Simpl. 345. Arabiam non alere arecam; (de mediterraneis locis & magna ex parte intelligendum id est) nascitur tamen laudata, sed exigua in Dofar, & Xaël locis maritimis. Amat enim hæc arbor loca maritima, & mediterranea respuit; alioquin magna cum diligentia sereretur, quoniam singulis diebus eau edunt cum Mauritanum Moalis (genus hominum id est, qui Ali, ut dixi, generum Machometis sectantur) etiam in suis jejutiis cum à betre abstinent. Masticant enim

Faufel Areca.



arecam cum cardamomo, purgandi ventriculi & cerebri gratia. Est autem ipsa arbor recta, fungosa materie, foliis palmæ, fructu nucis Moschatæ, minore tamen, aut juglandibus exiguis simili, intus duro, & candidis rubentibusque venis resperso, non plane rotundo, sed altera parte lessili; quæ tamen nota non omnibus Areceæ generibus convenient. Integritur hic fructus involucro admodum lanuginoso, & foris subflavo, per quam simili dactylis, cum maturuit, & arte quam siccatus sit, immaturus vero stupefacit, & inebriat. Editur autem immaturus à nonnullis, ut, veluti temulentis, dolorum cruciatus non sentiant, siccatum vero fructum sic parant: Contusam nucem Faufel in tenuissimas partes cum lycio, & folio betre, cui exscriptus sit nervus, masticant, veluti in betre diximus; & priorem salivam, quæ cruenta est, expuunt, eaque ratione cerebrum & ventriculum expurgant, gingivas & dentes stabilunt. Potentiores, ex faufel, lycio, caphura, ligno aloes, & ambari momento, formas orbicularis sive pastillos componunt, quos masticant. Arboris hujus fructum describit Avifenas. Faufel fructus plantæ in India similis nucis moschatæ; nisi quod faufel est rubro colore, frangi contumax, & in particulas frangitur, ex fractione fragrantib; odore. Indi autem assumunt illud ad emendandum halitum, & inficit dentes rubore. Facultas ejus proximè accedit ad facultatem sandali. Meminit arecae Lud. Roman. lib. navigat. 5. cap. 7. in hunc modum: Edere suerunt (de rege & magnatibus urbis Calecut loquitur) fructum quendam

quendam cui chofolo (faufel intelligit) nomen est. Hunc mittit arbor arecæ nomine, palmæ non absimilis, quæ caryotæ gignit, consimiles producens fructus; miscent insuper conritis ostrearum conchas, calcis in star. Hæc ille. At ridiculum esset, inquit Doctiss. Carolus Clusius, quod idem lib. 4. cap. 2. scribit (quoniam quæ sanitatis tuendæ causa eduntur præsentissimum esse venenum, ait) nisi causam postea subuereret. At Sultanus, inquit, letho traditurus e Satrapit quempiam, ad se accerfum cui mors imminent, nudum sibi assisterem compellit, moxque edit nonnullos fructus, (cholesos vocitant) instar nucis aromatitæ; mandis etiam quedam herbarum folia, modo mali Assyrii, tambul (nominauant) addit etiam attritarum concharum ostrea calcem; simulque cuncta mandendo conterit, tandem in eum, quem cupit occidi, expuit, aspersoque eo, continuo mors subsequitur, præsentaneo veneno vitam perimente. Nam ubi in hominem, ut præmissimus, expuerit contrita venena, intra medium bore spatiū perfusus veneno, in terram corruens efflat animam. Hæc ille de Sultano Cambaiae, quem patet ab incunabulis veneno aluerat, quique singulis diebus vesci veneno solebat, non tamen ad satietatem; sed ad certam quandam quantitatem. Arecæ porro arboris iconem hic subjecimus, ex doctiss. Cluffi in Garciam notis expressam: addidimus folium siye integrum paxv pennæ similem, unde cognosci posse, eam esse arborem, quam delineavit Theophrastus. Ea, inquit Clusius, arbor, teste Fabricio (cujus supra mentionem fecimus) in magnam altitudinem assurgit, trunco æquali propemodum ubique crassitudine, cortice tecto, adeo lœvi, ut nullum ascensum præbeat, nisi aptatis ad pedes laqueis, aut vinculis; vel cincto per intervalla caudice fune ex sparto, aliave materie confecto: quemadmodum Garcias in arbore Indicas nuces ferente refert. Hujus autem rami deorsum, teste Fabricio, non inflectuntur, ut procul intuentibus orbem quodammodo conficerent videantur. Folia peclinatum ramos utrimque vestiunt, aliqui palmae foliis similia: fructus deni aut duodenii suis involucris villosis testa dependent ex crassis & oblongis pediculis; qui in inferiorum ramorum alis nascentur. Hæc ex Fabricio Clusius. Integrum arboris costum cum suis foliis vidimus: tora paxv ad instar palmæ, sed particulaaria folia pino similiora quam palmæ, tenuia, viridia, angusta, longa sunt, qualia pini, pino tamen duplo crassiora, latioraque, ac plana. Arboris iconi adjecimus ipsius nu-

Græcus auctor plantam hanc tradit ferre fructum longum, non rectum, sed contortum; in cibo suavem. Plinius dulciorem inquit fructum hujus plantæ, quam illi cui folium pennæ struthocameli simile. Εἰ τὴ καρπὸς δινόμενος καὶ δυστηγέας, id est, in alvo sive ventriculo fructus morsum facit, & dysenteriam excitat. Hoc Plinius ipsi plantæ, non fructui, ut Græcus auctor, adscribit; cum ait, sed interaneorum valetudini infesta. Verum facilis unius litteræ lapsus. Scripsit Plinius; Sed interaneorum valetudini infesto, scilicet pomo. Sequitur enim, edixerat Alexander ne quis pomum attingeret. Male tamen εἰ τὴ καρπὸς δινόμενος καὶ δυστηγέας, vertit, interaneorum valetudini. Interanea sunt cor, pulmo, hepar, lien, stomachus, renes, vesica, intestina, pancreas. Theophrastus εἰ καρπός, id est, venetriculo: vel, si quis mavult, alvo morsus facere, inquit, & dysenteriam excitat. Perperam sentiunt qui tamarindorum arborem à Theophrasto delineari hic existimant. Fructus tamarindi arboris, nec dysenteriam, nec tormina facit; verum alvi immoderatum fluxum compescit, ulcera vulneraque sanat, dolores ex calida causa lenit.

En dē ἵπερ, οὐδὲ. Hujus plantæ non meminit Plinius, nec pleniorē apud alios descriptionem reperio. Ex paucis quæ tradit Theophrastus viz ea cognosci potest;

Kai ἵπερ ἢ ἀράς. Plinius, Genera arborum Macedones narravere, maiore ex parte sine nominibus.

Ἴδος ἢ καὶ εἰσιν. Planta hæc Grecis εἰσιν, εἰσὶ & εἰσαὶ dicuntur. Suidas, εἰσὶ τὸ μέλις ξύλον καὶ εἰσαὶ σφέλος. Apud Theoph. εἰσιν legitim, cum reliqui solent εἰσεροῦ dicere; quomodo apud eundem Theophrast. scribitur lib. I. cap. 9. κυπεῖον εἰσίον, λατοῦ lib. 5. cap. 4. ubi de materie arborum agit. Διὸς καὶ βερύνην πέπονται καὶ εἰσιν — τὸς ἢ εἰσιν η μετρα. Eodem libro cap. sequent. καὶ οὐ, εἰσιν λατοῦ, πέπονται. Ex quibus locis Theophrasti codicem corruptum colligo, ac αἴνη εἰσιν legendum εἰσιν. Belgis Eben-hout dicitur. Latini hebenum & ebenum sine aspiratione scribunt.

Ἴδος ἢ καὶ εἰσιν. Plinius lib. 12. cap. 4. Item Indiae arborum magnitudinem. Vnam è peculiaribus Indie Virgilii celebryavit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam Æthiopie intelligi maluit, in tributi vicem regibus Persidis è materie ejus centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas cum auro & ebore, prodendo. Rectè τὸ ίδος vertit. Locus Virgilii extat Libr. secundo Georgiaw, ubi

Fructus Fausel.



cem Fausel dictam, cum suo integumento, qualem olim à Petro Condebergo, pharmacopola, viro erudito, & herbariae rei perito accepit, doctiss. Clusius, & nos sæpe vidimus. Forma nucem amoratam, Moschatum vulgo dictam refert, sed nigrior, & altera parte sessilis: crassior & substantia durior lignosa enim, sed molli & villosa involucro putamineve clauditur. Gustu sub adstringente, & non nihil aromatico nux ipsa prædita.

Plinius lib. 12. cap. 6. Est & alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui pomum id attingeret. Similem huic inquit, id est, ei quæ folia fert alis avium, vel, ut Theoph. habet, τῆς τῶν σπερδῶν πτεροῦ ὄψεων, quod de suo addit Plinius. Tale nihil apud Græcum auctorem, Idem

Sola India nigrum Fert ebenum: solum est thurea virga Sabæis.

Male Poëta, solam Indianam, ebenum nigrum ferre, cœcinit, ut annotavit Plinius, sententiam suam autoritate Herodoti confirmans: qui Musatertia de Æthiopia, ἀνὴρ Ἰακώπος Φίλιππος πολὺν, καὶ δένδρια αργεῖα πολλὰ καὶ εἰσιν. Consentit Dioscorides lib. I. cap. 129. ubi Æthiopicam ebenū, videlicet nigrum, optimam esse docet. εἰσιν καρποῖς η Ἀδριατική, καὶ μέλισσα. Male, repeto, ergo Poëta solam Indianam ferre hebenum scribit. Pro Virgilio dici potest, Indię nomen ab eo latè accipi, ut omnem Æthiopiæ plagam eodē comprehendat. Onesicriti sententia τὸν Ἰνδικὸν τὸ τετταῦ λιχεῖ μέλις τῆς ὄντου μέντης. Quod vertit Solinus. India dicit etiam credita est tertia pars esse terrarum. Æthiopicam hebenum Lucanus lib. 10. Meroiticam ebenum vocat.

Ebenus quamvis Meroëtica vastos Non operit postes.

In vulgatis codicibus, ut rectè observavit Salmasius, male Mareotica legitur. Nec enim in Mareotide, aut Ægypto nascitur ebenus, sed in Meroe Æthiopiæ. Quod à maximis viris non observatum video. Servius ad locum Virgili citatum, Aiqui & in Ægypto nascitur, sed Indianam omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Satis aperte scribit, ebenum in Ægypto nasci. Credo, quod in Ægypto prope Alexandria celebretur Mareotis palus. Strabo lib. 17. ubi de Ægypti Alexandria agit. οὐδὲ ἐνεργεῖ πολύτερος αἱματικόντων γάρ εἰ τὸ χαῖρον δοῖ πλάγατα, τὸ μέρος τῶν ἀρχατων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένω, τῷ δὲ μεταμεβολέα τῷ τῆς λίρυν τῆς Μαρειας, η καὶ Μαρεια λίρηται. Certe commoditates urbs habet non unius modo generis, duo maria locum undique allunt, alterū à septentrione, quod Ægyptum dicitur; alterū a meridie, quod Mareia lacus & Mareotis appellatur. Nulla ebenus in Ægypto; saltē haec tenus non inventa. Non minus hariolatur Isidorus, cum Mareoticam palum in India esse scribit, & inde hebenum adferri. Est autem Mareotica palus in India, unde ebenus venit. Lucanus: ebenus Mareotica. Nulla palus in India, quæ nomen hoc obtinet. Mareotis in Ægypto palus est, Meroe Æthiopicæ urbs.

urbs. Stephanus οὐδὲ πόλεαν. Μερόη πόλις Αἰθιόπων. In hac Meroa, cuius gentile Μερόης, unde Meroetica ebenus, nascitur planta de qua nobis Sermo. Idem Lucanus eodem libro.

— Nigris Meroe fecunda colonis
Lata comis ebeni.

Plin. loc. citato, *Æthiopæ forma, ut diximus, nuper allata Neroni principi, raram arborem ebenum Meroen usque a Syene fine imperii per nongenta xcvi. M. passuum, nullamque aliam quam palmarum esse generis docuit. Ideo fortassis in tributorum autoritate tertia res fuit ebenus. Rome eam Magnus Pompejus in triumpho Mithridatico ostendit. Constat ergo scripsisse Lucanum.*

— Ebenus quamvis Meroetica vastos.

Corruptus Plinii locus. In antiquo codice legitur, *Aut sibi cognitum Æthiopæ forma, ut diximus. Meroen usque nuper alat- Neroni principi raram arborem Hebenum. A Meroe usque ad Syenem finem imperii per nongenta nonaginta sex mil. pass. nullamque aliam nisi palmarum generis esse docuit. Ideo fortassis in tributorum auctoritate tertia res fuerit hebenus. Romæ eam magnus Pompejus in triumpho Mithridatico ostendit. Hæc feluiter satis corrigunt doctiores, raram arborem a Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque nisi palmarum generis. De passibus mox videbimus. Ita, inquam, scribunt viri doctiss. Si eo spatio nulla nascitur arbor præter palmam, non ibi rara ebenus, sed nulla: & certum, a Syene ad Meroen nihil ebeni provenire. In utroque exemplari Salmant. ut monet Pintianus, legitur, *raram arborem Meroen usque. Scribunt quidem, nihil ebeni provenire a Syene ad Meroen, sed non probant. Si non provenit, cur laudat Lucanus Meroeticam ebenum? quomodo in tributis auctoritate tertia res esse potest? Scibo; Æthiopæ forma, ut diximus, nuper allata Neroni Principi. Raram arborem ebenum, Meroen usque à Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque aliam nisi è palmarum genere esse docuit. Ideo fortassis in tributis auctoritate res tertia fuerit ebenus. Ut sit sensus; raram esse ebenum arborem, verum non fruticosam cytisi modo esse, ut vulgata habet opinio, (qua tamē rationi ac experientia non adversatur) sed è palmarū genere, eamq; in tributis auctoritate rem esse tertiam, quod non copiosa, ac frequens, sed rara ibi proveniat, ac ab omnibus propter præstantiæ expetatur. In tributis quæ penitabunt Æthiopes regibus Persicis, tertius ebeno locus fuit. Nam aurum, ebur, & centenas phalangas ebeni, tertio quoque anno penitabunt, ut supra dixit. Apud Herod. in Thalia ducentenas phalanges legitur, cap. 97. ὅτι τοις συναρμοτοποιοῖς διὰ τέτοιο ἀγνιστοῦντος ἐν καὶ τοις μερισμένοις διὸ κοίνων απόρου χειρούς καὶ δια- μετρούς φάλαγγας ἔβινον, καὶ πίντη παιδεῖς Αἰθιόπων. καὶ ἐλέφαντος μηχαλέους ἔπεισον. Horum utriusque tertio quoque anno munera portabant, portantque ad meam usque memoriam vinos chenices auri ignem non experti, & ducenos phalangas ebeni, & quinos Æthiopicos pueros, & vicenos grandes elephitorum dentes. In epistola Candaces Æthiopæ reginæ ad Alexandrum mentio fit trecentarum ebeni phalangarum, quas illa dono mittit Pellœo juveni. Φαλάγγας non sunt trunci ebeni magni, sed bacilli sive fustes teretes modici. Hesychius, φαλάγγα τροχιλαξίλα καὶ σύμμετρος. Αἴτιοι ἐν πορειᾳ, ligna sunt rotunda, fustesque teretes quibus suppositis in mare deducuntur, aut ad litus subducuntur. Pollux lib. 7. τὸ δὲ πῶν νικοῦ ἔνδια, οἷς ψωθελῆται οὐδὲν οὐδὲν τοις φάλαγγας οὐδὲ φαλάγγας (vel ut aliis placet) φαλάγγας. Varro phalangas vocavit, ut Nonius citat. Quum Foenus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime pro phalangis carinis subjecerat, quo mori debilitaret nostros. Idem Nonius. Phalanga dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum ad trahuntur ad pelagus, vel cum ad littora subducuntur. Unde etiam nunc phalangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. Apud Autorem Peripli de phalangis ebeni fatus illufris locus reperitur. Διὸ μὲν Βαρυγάζων οὐδὲ μηδέποτε τοῦ Περσιδῶν ἐποχεῖ, τοῦ δὲ οὐδὲ μηδέποτε τοῦ Φαλαγγοῦ οὐδὲ μηδέποτε τοῦ Φαλαγγοῦ Σποραίων καὶ Εβρίων. Vides, inquit, δοκιμοῦ, id est, trabes, a phalangis sive fustibus discerni, istas magnas a parvis, qualis ebenus? Video, sed nego ebenum esse arborem parvam. Vulgaris ebeni fustes mediocres adferuntur; tamen inde non sequitur mediocrem esse arborem. Immo magnam esse intellico, cuius materies in hujusmodi fustes cæditur. Sic sandali fragmenta quæ adferuntur, parva; arbor tamen**

magna. Rectè quidem docent, & probant ex auctore Peripli, δοκιμοῦ sive trabes φαλάγγας fustibus discerni; sed male concludunt, φαλάγγας idcirco non eque ac δοκιμοῦ posse cædi ex arbore magna.

Tamen ἐδοκιμοῦ. Plinius quoque duo genera esse testatur. Idem facit Dioscorides, sed duo hæc genera in India reperiiri non docet: nec duo Indicæ ebeni genera tradit. Sed alterum Æthiopicum, alterum Indicum; ac de Æthiopicum ebeno, cuius non meminit Theophrastus, hæc tradit; "Εβενός καρπίτης ή Αἰθιοπικής μελανίας, καὶ μὴ ἔργον κατέδειν, οὐδειγματικόν τῆς λειτήπη, θλασσῶν δὲ πυκνή, δικτική σὺ τῇ γενετῇ καὶ ψατοφουσα. πηλίσια τὸ ἄνθρακαν μετ' εὐωδίαν καὶ δίχον κατεπινοῦ ἐκδυμαρινόν, δὲ τοῦ σφιχτοῦ διε τὸν λόγον αριστεῖται, πολὺς τοσούτης φέρει ταχεῖαν διεγένεται, ιώσαται τοσούτης. Ebenus optima censetur Æthiopica, nigra, venarū pectinumve expers, cornu elaborato labore similiis, queaque fracta densa appareat, mordet autē gustu ac leniter adstringit; prunis imposita cum odore jucundo. & citra sumum uritur. Recens vero igni admota ob pinguitudinem acceditur, & ad cotonem trita subfulvay edditur. Κατόδεις maculas exponere videtur Isiodorus, cum ait, Æthiopicum vero quod præstantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum, leve & cornutum. κατόδεις non sunt maculae, sed venarum in arboribus & eorum materia cursus, pectines, per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ & intervalla, venæ lineatim discurrentes pectinum modo. Suidas, κατόδεις τελεστήντες ιχθύες, τὸ θηλίδια, & τὸ αρθρία τὸ ξύλων οὐφύσεις. Plinius venarum cursus vertit libr. 16. cap. 38. Communia his pinoque, ut quadripartitos venarum cursus bisidosque habeant. Hæc ex Theoph. lib. 5. cap. 2. quem locum adeat lector, ubi plura de voce κατόδεις. Malè, ut dixi, maculas vertit Isiodorus; maculae sunt στῆλαι, κατόδεις venæ lineatim discurrentes; quæ & Αλφύσεις. Dioscorides enim de hematidide lapide loquens κατόδεις, & Αλφύσεις tanquam synonyma usurpat. Vulgare ebenum non esse Æthiopicum Dioscoridis vel his argumentis probatur; quod gustu non fit mordax, nullam dum manducatur ostendit acrimoniam, nullum igni injectum emitit odorrem, nec ullam pinguedinem, si accendatur, fundit. Mauunt alii Guiacum ebenum Æthiopicum esse, quod igne injectum odorem spirat bonum & jucundum, multa pinguedine scatet; eamque prunis injectum exsudat. Sed cum non sit nigra materie, nec venas discurrentes pectinum modo habeat, nomen ebeni non meretur.

Tὸ μὲν Εὐενός, &c. Plin. loco citato. Duo genera ejus: rarum id quod melius, arboreum trunico enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus jucundi: alterum fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum. Græcus auctor utrumque Indicæ ebeni genus, inquit, θαυμαδίς; Latinus alterum tantum genus fruticosum ait. Non disputabo, quomodo τὸ θαυμαδίς exponi debeat, alibi hoc feci. Error Plinii natus videtur ex mala vocis Εὐενός interpretatione. Εὐενός vertit, arboreum enodi trunico; & colligit; si hac sola distinctione genera ebeni distinxit Theophrastus; ergo genus postremum minime in arborum, sed in fruticum censu reponi debet. Hanc versionem ipsius Græci auctoris verba respunt, & refutat ipsius vocis ιενόλου significatio. τὸ ξύλον nusquam Theophrastus pro arbore, aut arboris facie, proceritate, crassitudine posuit, sed se imper pro qualitate materiei & ligni accepit. quod mille exemplis probari potest. Videat lector caput de cedro, juniperō, fraxino, ceraso, ulmo, pino, picea, abiete. Arborem ipsam, iuvacē, iuvenā, τὸ μέτρον μετάλην, μετάγνων, μετάγνων scribit. Lignum vero ιενόλου πικνόν, μετάλην, ηνόφορον, στρογόνον tradit. Vide cap. de subere, ilice, corno, sambuco, salice, tilia, populo, alno, berula. Hoc loco τὸ ιενόλον de materia præstantia accipiendum esse, vox sequens docet, τὸ μέτρον ιενόλον καὶ ηνόλον. Verbum ηνόλον de crassitudine, ac proceritate accipi non potest; Verum de præstantia & qualitate. Εὐενός ergo cujus materies probata & laudata est. Theophrasti hæc est sententia, utrumque ebeni genus διάρρηση θαυμαδίς esse, sed alterum longè præstante soliditate, bonitate, pulchritudine materiei, alterum vile, ignobile, ac vitiatum esse, τὸ μέτρον ιενόλον καὶ ηνόλον, τὸ μέτρον φαλάγγας. Sola igitur pulchritudine, bonitateque ebeni Indicæ discrevit species, non magnitudine arborea aut fruticia, ut fecit Plinius. τὸ δέκατον ηνόδεις male etiam vertit, fruticosum: sed de vocis hujus significatione alibi egimus.

Tὸ μέτρον ηενόλον. Plinius, vel sine arte protinus jucundi. Nulla artis in verbis Græci auctoris mentio. Scribit Theophrastus ebenum condendam non esse, ut temporis tractu nigrum splendorem acquirat; sed enim protinus ipsam à natura habere recens cæsam, secus ac in aliis accedit arboribus, quarum materies ætate colorem, nitoremque

reinque contrahit, quo recens cæsa caruit. De mori materiae scribit Theoph. lib. 1. & cap. 5. hist. καὶ οἰνοφέλεια παλαιόμορος μέλισσα ὑπὸ λάθης, &c. Ἰνοσύνη τὸ ξύλον, καὶ παλαιόμορος μέλισσα ὑπὸ λάθης, &c. Ἰνοσύνη τὸ ξύλον & παλαιόμορος idem. Παλαιόμορος ἔστι invenitata, θηταυροφόρη in vetustatem recondita, ac servata. Theoph. libr. 6. cap. 4. de cacti caulis, καὶ θηταυροφόρης τὸ ξύλον, Plinius libr. 21. cap. 16. Nec fastidium in cibis inverteratos. Ceterum ligna alia vetustate splendorē coloremque acquirunt, ut morus, alia arte colorem ac splendorem contrahunt, ut nucina, & quæ ex vulgari ebeno parantur mensæ, capsæ, aliaque intestina opera. Oleo enim unguntur & linteis cara inunctis fricantur, ut splendeant. Non raro etiam scoparum quodam generē fricantur nullo addito oleo ceraque, tamen splendorē nitoremque insignem contrahunt, quod mulierculis nostris norissimum, quæ rotō Majo mense & sequentibus nihil præter opera intestina, inter septa lignea, pavimenta, mensas, capsas, aliasque res ligneas fricare norunt, ut splendeant. Alia denique natura ac protinus cæsa splendorem acquirunt, ut ebenus; de qua Theophrastus. Ebeni hujus lignum, seu potius medullam Theophrastus nigrum spissam & gravem esse ait; vide cap. 4. libr. 5. eleganter satis describit Dioscorides; Εἴτε δὲ τοις Ινδίαις τοῖς ξύλοις λαβόντες τὴν καρπήν εἰς σπιλοὺς οὐσίας πυκνούς. τοῖς δέ τοις οὐσίαις ηὔκλητοι. οἵτινες δέ τοις οὐσίαις ηὔκλητοι, θηταυροφόρης τὸ ξύλον, καὶ ηὔκλητοι θηταυροφόρης τὸ ξύλον, ηὔκλητοι, θηταυροφόρης τὸ ξύλον. Εἴτε δέ altera Indica intercurrentibus lineis praedita candidis & fulvis, itemque maculis frequentibus; ceterum prior (Æthiopica) bonitate antecedit. Nonnulli porro sesamini aut acanthi ligna, quod consimilia sint, pro ebeno vendunt: ex eo autem internoscuntur, quod fungosa sint, & in assulas ad purpuram vergentes resolvantur, nihil mordacitatis in gusto, nec suavis odoris in suffitu præse ferentia. Εχουσα διαφόρους λαβόντες, &c. Vertit Isiodorus: Sed Indicum maculosum est in parvis distinctionibus albis ac fulvis. Διαφόρους Dioscorides vocat quod supra αὐτῶν. In longum discurrunt, suntque distinctiones venarum oblongæ. Idem Dioscorides libr. 5. cap. 142. de lapide astio; καὶ Διαφόρους μελισσαὶ ιχθύες Διαφόροι ibi, vena oblonga intercurrentes. Idem libr. 5. cap. 144. de hæmatite, αὐτίλιχτην οὖτος οὐσίαν περιγράψας, τοῦτον μὲν διαφόρον, δὲ μὲν εἰς καρπόντας οὐσίας διστολάτου. Discernitur autem adulteratus primum venis in rectum excurrentibus; quippe per venarum ductus in rectum diffunditur. Καὶ δέ τοις οὐσίαις ηὔκλητοι. Ergo acanthina & sesamina ligna, eadem forent. Nemo, quod sciam, prodidit, lignum acanthinum nomen illud obtinere. Vulgariter sequitur Oribasius, defendit Serapio; apud quem cap. 152. Adulteratur autem cum quadam specie spinarum, & cum quadam ligno, quod dicitur saphe samphe, propter similitudinem quam habet cum eo. Quidam sic corrigunt, οἵτινες τὰ οὐσίαις ηὔκλητοι, &c. quod in vetustissimo codice (ut tradit Lacuna) sic legatur. Accedit quod Theoph. libr. 5. cap. 4. tradat, mori materiem validam, & in operibus facilem, vetustate nigrum fieri, quale est ebeni lignum. Sed hæc non placet correctio. Ait enim Dioscorides, ligna sesamina, & acanthina fungosa esse, eaq; nostra dignosci posse à vero ebeno. Mori materies neutiquam fungosa est; durare enim non posset. Accedit alia etiam ratio, cur mutare nihil ausim, quod Oribasius & Serapio legerint, οὐσίαις, ut vulgati codices habent. Tertia ratio est, quod apud auctorem Peripli, hæc leguntur, Ἀπὸ Βαρυσαίων εἰς Διαφόρους τοῦτον & Περιόδος ἱπποσία, τοῦτον τοῦτον οὐχινόδειξις ξύλων Σαζαλίνων, οὐδὲν τοῦτον οὐχινόδειξις Σποντιών & Εβανίων. Sesaminum ergo lignum pro ebeno venum ibant. Herodotus apud Assyrios milium & sesamum, arborescere scribit, ut suo loco dicam. Ricinus Hebrews Cici arboreus frutex, Dioscoridi διαδεγρα μηροῦσα μηροῦσα ιχθύος, Plinio arbor olea magnitudine. In Crete hodie arborescit, adeo, ut ad carpentes fructus scalis opus sit. Idem Plinius in indice, Sesamum cici arboreum, five crotos, five ricinus, five sili, five sesamum. An ab hoc sesamo, five potius ricino, ligna sesamina? Sed ricini caudex ramique concavus forte in Crete, aliisque Orientis

tis ac calidioribus locis, ubi arbor oleæ magnitudine evadit, aliter sece res habeat. Quicquid sit, ab hac planta sesaminum lighum, vel ad ignota referendum. Αγρινία ξύλα volunt spineæ Ægyptiacæ materiem esse, de qua supra plura diximus. Falluntur verò spineæ enim Ægyptiacæ materies robusta & incorrupta: acanthi lignum fungosum ait Dioscorides. Fungosa verò non solent esse incorrupta. Aliorum sententia est, Αγρινία ξύλα, quæ ebenum refrebant, & pro ea vendebantur, ex Indica quadam spina esse, quam Plinius similem ebeno narrat. Alterum, inquit, fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum. Est ibi & spina similis, sed deprehensa vel lucernis igni protinus transiliente. Sic legendum, minime interrupta verborum serie, quæ vulgo distincta sunt capitis sectione, docet clariss. Salmasius. Plura de ebeni materie habes apud Theoph. libr. 5. cap. 4. ubi cytisi materiem proxime ad hebenum accedere docet. Vulgarē ebenum non esse veterum, facile probatur, quod coloris nitorem, splendorēque statim cæsa non habeat, sed arte & labore adhibito acquirat; alioquin cum Theophrasti ebeno non male conveniret. Sed & Dioscoridis esse nequit. Caret enim lineis candidis & fulvis intercurrentibus, nec maculis est frequentibus, nec ullam mordacitatem in gusto ostendit, nec in suffitu ullum emitit odorem. An Dioscoridis ebenum guiacum primum Manardi, quod densius, gravius, crassius, interior parte nigricantibus exteriorē subpallidum & yeluti lineis quibusdam, ad fuscum inclinantibus æque distantibus, per longū dissecta? Hujusmodi fragmentū guaci sæpe vidi quidē, sed ebenum esse non ausim affirmare. De ebeno vulgarī hæc tradit Thevetus; Indiam eam alere, sed præcipue in insula, quam palmebotte appellant, præstantissimam & nigrum colligi. Ceterum nullius momenti responsio est; odorem ebeni vulgaris tempore, & longo per maria itinere evanescere & perire. Quasi verò itinera ad Indiam Orientalem longiora nunc sint, quam fuerint temporibus Dioscoridis, Theophrasti & Plinii. Breviori temporis spatio hodie absolvuntur, Indiæque magis Batavis ac Hispanis apertæ, quam olim Græcis, Romanisque fuere. Et hæc de ebeno.

Oī οἵτινες τὴν περιέρχονται, &c. Plinius lib. 12. cap. 6. Est & terebintho similis cætera, pomo amygdalis, minore tandem magnitudine, præcipue suavitatis. In Baetris utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius, quam similem ei putaverunt. Οὐσίαις τοῦς αἰρυγμάτους, vertit, pomo amygdalis minore tantum magnitudine. An scriptit Theophrastus; Οὐσίαις τοῦς αἰρυγμάτους πλατέα Ιαττοῖς; An legendum apud Plinium, pomo amygdala magnitudine, deletis tanquam superfluis vocibus, minore tantum? An vero Plinio erroris notam inuremus, quod verba Theophrasti Διαφόροι τοῦς αἰρυγμάτα, malè interpretatus sit, minore tantum magnitudine? Nam Theophrastus non minora amygdala, sed pari cum amygdala magnitudine poma ferri ab ea arbore, prodidit. Arborem hanc pistaciam esse volunt. Cui opinioni favet quod apud Athenæum legitur lib. 14. οἱ γὰρ τοις ζευγεστινοῖς οὐσίαις τοῦτον εἴσιν. Εἴ των μελισσαὶ τῶν περιέρχοντων, οὐδὲν τοῦτον πιστεῖται οὐσίαις. Εἴ τοι μὲν Διαφόροι περιέρχονται, οὐδὲν Νικαρδοῖς δασίοις φίστικαι. Ποτιδιώναις δὲ βιτάκια. Autores Georgiæ corum fratres scribunt, libro tertio, & fraxinum & terebinthū. Syri nunc vocant pistacia. Ita profecto Syri nominaverunt cum littera p & Nicander vero cum aspirato φ pb; Pōsidonius autem cum littera b bistacum. Plura hic in considerationem veniunt. Primum, quod terminthus Syriaca, sive potius Indica à Syris pistacia dicta sit. Unde facile colligi potest, eam quam delineat Theophrasti esse. Quo tempore ex Syria in Italianam delata sit, docet Plinius lib. 13. cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores, in nucum genere pistacia nota, & libr. 15. cap. 22. De pistaciis & ipsi retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompejus eques Romanus, qui cum eo militabat. Eodem, inquit, tempore. Quæret quis, quodnam illud tempus? Id Plinius libr. 15. cap. 19. scribit, suffit novissimis Tiberii Cæsaris temporibus. Omnia hæc, inquit, (sicum caricarumque genera) in Albensem & Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus. Alterum quod in Athenæi verbis considerandum, est quod ait à Syris pistaciæ, vel pistaci (arbor enim pistacia, fructus pistacium dicitur) noimen inditum. Malè ergo Isiodorus pistacia dicta refert, quod cortex eius pomi odorem pistaciæ nardi referat. Falluntur etiam, qui nomen accepisse scribunt, quod fructus nucis pineæ nucleos sive strobilos imitetur. Syriaca vox est, si fratribus

tribus fidem adhibeamus. A Syris quidem pronunciari sine aspiratione, ait Athenaeus, contra à Nicandro cum aspiratione. Corrigendus ergo & Nicandri & Athenaei codex. Apud Nicandrum πισάκια legitur, apud Athenaeum vero φιστάκια scriptum est. Νίκηδος δὲ ὁ Κολοφωνῖος εἰς τὸν θηριαγός μημερίαν αὐτῶν φησι, φιστάκι (scribe φιστάκι) ἀκριμονον αμυγδαλίσιον ὄνοια. Ita versus hic apud ipsum legitur Nicandrum. Mente me Poëta mox examinabo. Depravatus & Cassiani Bassi codex libr. 10. cap. 12. πισάκια φυτός φιστάκια. Δαμοζέρετο. φιστάκια συνειπται. Scribe, πισάκια, ut cap. præcedenti legitur, vel φιστάκια. φιστάκια Suidas & Hesychius calceamentum muliebris genus esse scribunt, φιστάκια ταῦθιματος γνωμικον εἴδος. A Posidonio cum littera β dici ait. Verba Posidonii idem Athenaeus citat, καὶ Ποσειδώνιος δὲ ὁ δεῖπνος τῆς φωνῆς, εἰ τεττή τοῦ ισορρού γε φειδούτων. φίσησι δὲ τὰ πίστακα (malè scribitur πίστακα) ή Αρχαῖα, ή Συρία, καὶ τὸ φιλούμενον βισκόνιον. Posidonius Stoicus libro tertio historiarum, tam Arabia, quam Syria fert perseam, οὐ vocatum pistacium. Ita hunc locum interpretor, & hic sensus esse videtur. Vulgo vertunt, gignit Arabia persim, Syria quod pistacium. Sic quidem vocatum fuisse hunc fructum. Suidas testatur, βισκόνιον τὸ παρόντος πισάκια λεγόμενα. Denique corrigenda verba frustum Georgicorum, η τὸν τίππινον. λόδη τοῦ πισάκιου Σύρη ηγλούσιον. Male edunt αἱ. Ceterum fructum hujus arboris fisticum & fisticorum granum vocant, quod ab aspirata voce φιστάκιον dimanavit. Apud eundem Athenaeum loco citato, si mendum non est, legitur, φιστάκιον fuisse vocatum. γε φειδούτων δὲ καὶ ασάκια αμυγδαλά ὄντα πίφανται. Scribebitur & alio loco, ασάκια videntur esse amygdala; sed puto scribendum, πισάκια αμυγδαλά εἰναι πίφανται; quomodo legit interpres.

Εἴη γὰρ καὶ εἰ βακτρεγίς. Idem Plinius, idem ferè Nicander.

"Οσαδή Ταῦτα" Ινδὸν χεῦρα πολυφοίσοιο χοίστων.

Adjicias etiam quecunque ad Indum fluxum non parum murmurantis Choaspis. Choaspus Indiae flumen. Contra Posydonius, Georgicorum fratres, in Syria nasci-scribunt. Quæ etiam sententia Galeni & Dioscoridis. Gal. libr. 2. de Aliment. facult. cap. 30. γανάται τὸ κατὰ τὸν μεγάλον Ἀλεξανδρεῖον ποταμὸν δὲ τὸ πλεῖον δὲ τὸ Βιρρόλατον Συρίας. Hec quidem ad magnam Alexandriam proveniunt, sed multo uberiora in Berræa urbe Syriae. Dioscorides libr. 1. cap. 177. πισάκια τὸ παρόντος τὸ Συρία, pistacia quæ quidem in Syria nascuntur. Sed Diosc. codicem aliqui corruptum afferunt; quorum opinionem non improbamus. Hic enim dicendi modus alterū sibi membruni, & pistaciōnū genus exigebat, quandoquidem ut Græcorum Grammatici docent, semper τὸν φρέσκον reddendum τὸν δὲ est; non aliter quam si Latinè dicas, hic quidem, ille autem, semperque proposita altera, exspectanda & querenda altera pars est, quæ aliud quid aut diversum à priore illa ostendat: quod nullibi in hoc capite inveniri poterat; fuitque ut videre licuit, vera & antiqua hujus capitatis lectio. πισάκια τὸντο τὸ Συρία παρόντος. Facilis in una syllaba ad vitum lapsus. Idem Plinius lib. 13. indicat dicens. Syria habet peculiares arbores, in nucum generē pistacia nota. Quasi & ipse diceret, pistacea scimus in Syria nasci. Malunt alii hunc locum Diosc. ex Nicandri versu citato emendare ac restaurare, τὰ δὲ παρόντα Ινδὸν χρασπον αμυγδαλάς ὄνοια, quæ vero in India apud Choaspum proveniunt, amygdalis sunt similia. Quasi duo pistaciōnū genera describeret Dioscorides, alterum nucleis pineis simile, alterum amygdalis. Ex Palladio & Cassiano Bassi constat, duo esse pistaciōnū genera, marem & foemininā: sed cum nulla lectio-nis postremæ extēt in codicibus MSS. vestigia; nec ea apud Oribasium, aut Plinium, qui sua ex Diosc. ex-scribere solent, reperiatur, probare eam nequeo. Alteram libentius amplectior, quod eam securus sit Plinius, ac muniatur veteris codicis auctoritate; tum quod non magna sit mutatio.

Kοινὴ φίσησι, &c. Nicander.

Πισάκια ακριμόνεοτιν αμυγδαλόντα πέφανται,
Καυκαλίδας.

Paulo aliter versus hic apud Athenaeum legitur, φιστάκι (ita enim supra legendum admonui) ακριμόνεοτιν αμυγδαλίσιον ὄνοια. γε φειδούτων δὲ καὶ ασάκια αμυγδαλά ὄντα πίφανται, φιστακιά τὸντο amygdalis similia. Scribebitur οὐτος αλιο λοκο, φιστακιά (lege pistacia) εἰναι amygdala. Falsum est, ullam similitudinem pistaciæ ramos habere cum amygdalis. Persicam amygdalus refert lentiseum, vel, ut optime Theophrastus, terebinthum refert pistaciōnū arbor. Scholia stes πισάκια αμυγδαλόντα φινεται εἰς τὸν εἰρ-

μον. καυκαλίδας ἡ τὰ λίπη τὸν πισάκιαν λέγει, η αὖτος εἰδος βοτάνη, pistacia amygdala esse videntur, dum in ramis pendent. caucalidas vocavit cortices pistaciōnū, vel est alia quedam herba. Qui corticem pistaciōnū caucalidem vocari tradat, haec tenus reperi neminem, nec qui eundem ad venena præscribat. Egineta libr. 6. odoratum operimentum pistaciōnū jecur laxare scribit; sed nec caucalidem vocari tradit, nec adversus venenos five venenatos ictus præscribit, πισάκιον ὁ καρπός ιδεόμενος. Λισσαχθεὶς μιτελέως η τελοντος τὸν πισάκιον λεπτόν (scribe λεπτόν, ut interpres recte monet) οὐτοῦ τὸν αρρεματικὸν τὸν αφικόντα εἰναι. Pistaciōnū fructus ejus stomacho medicis conductus, jecur obstrūctūm laxat, præcipue summi οὐodorati eorum operimentum ex vino decoctūm. Certe, si caucalidos nomen cortex obtinuerit, non ιπτον, sed καυκαλίδας dixisset Egineta. Emenda Hesychii & Phavorini codicem. Apud utrumque legitur, καυκαλίδης βοτάνης ὄνοια καυκαλίδης, Εργασία. Scribe, καυκαλίδης βοτάνης ὄνοια καυκαλίδης, Εργασία. Καυκαλίδης ergo herba quedam. Quæ, si interpreti tam nota fuisset, quam ignota, non ita palam confessus fuisset suam ignorantiam. Dioscorides, qui sua adversus venena remedia ex Nicandro exscriptis, ipsum fructum adversus serpentum morsus commendat. Vide lib. 2. οὐποθεσιαν. cap. 15. Præterea vox καυκαλίδης ad τὰ πισάκια referri minimè potest. Debuisset enim scribere Poëta, καυκαλίδης τὰ πισάκια, in generandi casu. Cum itaque perfimiles conjungit Poëta, an non digito quasi monstrat, vocein καυκαλίδης de alia quadam planta accipiendo esse, de qua nobis fermo libr. 7. Ipse Nicander paulo ante plantam jam memoratam, inter eas qua ad venenatos ictus valent, numerat.

Σωτὸν δὲ καυκαλίδης τὸν, η ἐπικανόνιον αμήσιον.
Σπέρματα.

Explicatione etiam eget, εἰρηνείαν ακριμόνεοτιν. Athenaeus accepit, quasi rami five frondes pistaciōnū arboris similes forent, ramis amygdali, & vocem ακριμόνεοτιν video ab omnibus referri ad ramos. Atqui arbor pistaciōnū nullatenus similis amygdalo. Quomodo ergo eo referri potest? An ergo ad fructus pertinet? Nec hoc audent; quia destituuntur auctoritate. Proponent tamē considerandū, propter duas causas; quia fructus vere sunt εἰς αὔξενον; hinc putant deduci τὸ αὔξενον; quod non negat summus in hoc negotio vir H. Stephanus. Secundo quod Theophrastus dicat fructum pistaciōnū non dissimilem amygdalo. Utraque ratio bona; verus tamen hujus loci sensus; pistacia dum in ramis pendent, similia esse amygdalis. Poëtica scilicet licentia præpositionem εἰ omisit Nicander. Quod optimè observavit interpres, cuim inquit, πισάκια αμυγδαλόντον φάνται εἰ τὸ αὔξενον. Huic interpretationi favet lectio altera Nicandri quæ ab Atheneo citatur, πισάκια ακριμόνεοτιν αμυγδαλά ὄντα πίφανται. Pistacia cum in ramis pendent, videntur esse amygdala. A Nicandro ad Posidonium venio, qui de pistaciis loco supra citato hæc tradit. Εἶδε δὲ βοτανῳδὴ τὸν καυκαλίδην αἴφιον λακοφοιον ὄντος η μεταχειρισμένη τοῖς διακρίσεσι. Εἶδε δὲ φάγον τοῦ ποτοῦ αλικάλοιον ιπτοκάλοιον. τὰ δὲ ίδειν οὐχιλατρον. η Γανέσιον τὸν προσίγανον ηπίον μὲν οὐχινον, εἰδὼν δὲ μᾶλλον. Vertunt. Racemoso fructu, albo cortice vestito, oblongo, glandibus simili, acinorum instar sic coartato, ut alium incumbens alius contingat; quæ intus abundunt sapore quam in nucis pineis strobilis. οὐδὲ nucleus sunt minus grato, sed odoratiora. Λακοφοιον ὄντα; Ad hunc locum Dalecampius; legendum si rem ipsam consideres, albo putamine (quasi αὐλανίσεις) quandoquidem aspectus ipse esse candidum putamen indicat, τυφum vero corticem. Ita Dalecampius. Omnium extimus cortex viridis est, ut etiam amygdali; sed sine hoc quondam, sicut & hodie solet adferri pistacium. Nec de intima tunica verba Posidonii accipi possunt: putamen enim ipsum quod nucleum ambigit rubrum, dura & lignosa testa (ita alibi Theophr.) quæ respondet duriori avellanarum, amygdalarum, juglandium cortici, non dissimilis colore pistaciō. Καυκαλίδης παρειφερῆ τοῖς διακρίσεσι. Hoc monstrum informe & ingens. Quomodo longum lachrymis simillimum? Quod cum videret interpres, legit βαλανος glandibus. Glandi oblongæ comparare potest. Maluerunt tamen alii εἰρηνείαν. Ακριμόνεοτιν, ut supra lib. 2. cap. 7. docuitur, quæ foris duro lignosoque putamine clauduntur, nuces Latini vocant. Hæc lectio non satis commoda videtur. Quippe, ut jam dixi, vox εἰρηνείας, non certum denotat fructum; non ergo potest ad certum fructum adstringi. Audio alios legere δυνάσθετος, quasi pistacia dactylis, five palmulis

palmulis similia forent, maximè isti generi, quod prælonga gracilitate curvatum humantis digitis simile est. Ait enim Posidonius expressè, *καὶ τὸ μαργέντην, in longitudine esse similem.* Locum, quem adferunt ex Plinio, quæ dactylum prælonga gracilitate curvatum dicar, supra libro secundo cap. 8. corruptum esse demonstravi. Non repeatam dicta, sufficit inde concludi nihil posse. Eodem capite probavi, palmam ab antiquis Græcis non fuisse vocatam *δάκτυλος.* Plinii ævo dactyli inauditi hac notione, vulgus autem recentioris Græciæ hoc nomen usurpavit de palmæ balanis. Posidonius vero etiam non videtur Plinio recentior. Nec enim recentiorum sollet Athenæus adferre testimonia. Ex antiquis hunc fuisse ex Suida probatur; Ποσειδωνίῳ Αλεξανδρίῳ φίλονός τοις στοιχίοις μηδηποτε Επιφανεῖς οὐκ εἴδεις. Zenon hic fuit Discipulus Zenonis Musæi qui Magistrum habuit Diodorum cognomento Cronon. Hi ex antiquis fuerunt philosophis. Non sit ergo verisimile, sic scripsisse Posidonium. Puto ergo philosophum scripsisse *ἀμυγδαλον*, tum quod autopia ipsa doceat pistacia non dissimilia amygdalis, tum quod Theophrastus & Colophonius Poeta, pistacia amygdalis comparent. *τὸ δὲ ίδιον ἐγχώριον, cuius interior nucleus (ademyto exteriori cortice rubro) virescit;* quod similiter ipsa experientia comprobat. Hoc cur neglexerit interpres, causam video nullam; præsertim, cum ita se res habeat. Dempro enim cortice rubro, nucleus foris virescit, intus albet. *τὸ δὲ καρπόν τὸν σπόδιον.* Rectè interpres, *τὸν καρπόν καρπούς κιτατούς, γενενούς, quo periret Socrates.* *τὸ δὲ καρπόν.* Verrunt, sapore minus grato. Optime Dalecampius in marginalib. ad Athenæum notis. *τὸν δὲ καρπόν, χυμός, κυλός, σάπον.* *Δακτυλια* tamen à Medicis vocantur, quæ bonum succum alendo corpori præbent. Vide cap. 19. lib. I. ubi voces *χυμός, κυλός* exponuntur. Potior illa sententia, quæ ad substantiam vocem *δάκτυλος* dicit, ut significet, quale alimentum dent pistacia. Nunc quæ Dioscorides habet, videamus. *πιστακία ὄμοια σποδίλοις, θεραπεύει πίνεις nucleus similia, stomachoque amica.* Dioscorides cum inquit, *σποδίλοις ὄμοιος,* nucleus putamini exemptum strabili comparat; Theophrastus vero suo putamine corticeque contentum fructum, amygdalo comparat. Cæterum apud Theophrastum legendum puto, *τὸν καρπόν τὸν αμυγδαλον,* quod pistacia magnitudine cedant amygdalis. Arbor pistacia ferens tota facie tere-

Pistacium.



biantho similis est; Folia hujus quam lentiſci majora, terebinthi ac dentata modo & ramusculis utrinque emergentia, colore è viridi in integrum inclinante; Flores fert racemosos, terebinthi instar purpurascentes; succedunt fructus racematus è ramorum extremitatibus, ex suis

pediculis pendentes, ita ut non male Colophenius Poëta, *μηδηποτε απορίας in αὐτῷ διέλειται μηδεποτε.* Nuces amygdalim fructibus minores sunt, pineis vero nucleis paucis maiores, duplice cortice munitæ, nucleus intus habentes, figura oblongæ, superius in acumen desinentes, inferioris pediculi, cui adhaerent, vestigium retinentes, ab una parte tumidiore & in angulum desinente ventre protuberantes, una commissura, per medianam anguli longitudinem transiente, cum maturerint dehiscentes. Exterior cortex carnosus ac odoratus modicè rugosus, summo amygdala putamini substantia, & colore non dissimilis, qui facile à maturo fructu recedit. Interior cortex sive putamen colore albido, superficie laxe ac glabrum, substantia durum, lentum, fractu contumax, ac quasi osseum, intus rufæ ponticæque nuti similem & æqualem nucleus continens, substantia tenerum, pingue, rubenti corio & odorato obductum, foris colore è flavo virescentem, intus candicantem, gustu dulcem, valde suavem, tenuem, orisque halitum commendantem. Nues eligito ponderosissimas, maiores, sponte sua modicè dehiscente commissura plenum, recentem, neque rancidum, neque rugosum, neque siccum nucleus ostendentes. In Persia, Arabia, Syria, & apud Indos arbor hæc reperitur, fructumque fert; invenitur & in Narbonensi Gallia, & Hispania, sed fructus raro reddit maturos. Apud Batayos è semine sive fructu nascitur, sed nec florem, nec fructum fert, & ni adversus frigora muniatur, hyberno gelu læditur & perit.

Εἰς ὃν τὰ ιπάνα, &c. Indos veste linea vestitos quondam fuisse Arrianus in Indicis docet, *ιδην οἱ ίδιοι λοιποὶ πάρτει, καθάπερ λίγαι Νιαρχοί, λίγον δὲ τοῦτο τὸ διεργατικόν τοις μοι τοῦτο λίγαται, τὸ δὲ λίγον τούτο τὸ ταπετοπορεγέ τὸν περιοχαίον λίγον παρατείνεται τὸ λίγον φαινόδε τοις μοι τοις τούτοις.* Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, *λίνον ex arboreis facio;* quæ de re mihi jam dictum est: hoc quidem linum aut reliquis linis candidius est, aut nigri ipsi cum sint, faciunt, ut candidius id quam est, esse videatur. Supra arborem descripsit que lanam fert, & quæ à Theophrasto cap. 9. hujus libri delineatur. An igitur planta ex qua linum & lana eadem? Ita certe ex Arriani loco citato magis viri colligunt. De utraque tamen Theophrastu[m] tanquam diversa egit. Nam capite quo foliis vigenies describit laniferam ex qua Indorum veste sunt, folia inquit esse similia mori foliis. Ex India hodie ad nos & lineæ & laneæ adferunt veste[s], sed de arbore an una eademque sit, certi nihil intelligere potui. Cæterum vereor Theophrastum deceptum, arboreumque moro similem ipsam morum esse, nec esse linum, sed sericum quod ex hac colligunt arbore; sericum autem in moro generatur beneficio bombycum qui foliis mori vescuntur.

Τὸ δὲ οὔτον φύτον. Si tota plantæ similiis cynorhodo, id est, caninæ rosæ, quomodo foliis potest dici mori? Corruptus ergo codex. Plinius libr. 12. cap. 6. Sed unde veste[s] lineas faciunt, foliis moro similes, calycē pomē cynorhodo. Serunt eam in campis; nec est graior illarum prospectus. In antiquo codice scriptum, foliis moro similis, calycē bombicino rhodo; in aliis autem posterior vox defideratur. Primum triendum in verbis Plinii citatis olfecit Hermolaus, qui ex Theophrasto corrigit, *similis, calycē pomē cynorhodo.* Notat etiam in vetustissimis codicibus *cynorhodo*, non *rhodo* legi. Et pessime quidem hæc causa audit Hermolaus: *Plane, inquiunt, videtur impressuram facere voluisse lectoribus.* Et verba Theophrasti subtexunt, ut omnibus palam fiat, quam vera Hermolaus tradiderit. Planta, inquit is, ex quibus veste[s] conficiunt, foliis moro simile habet, totam autem stirpem cynorhodo. Hæc ad verbum Theophrastus, in quibus verbis similem esse laniferam arborem calycē pomē cynorhodo, dixit; & nec scimus, ait, unde Hermolaus collegerit valere argumentationem à similitudine totius ad totum, ad similitudinem partis ad partem. Ut si sic argumenteris. Tota simia toti homini simili est: ergo simile nasus nasi hominis. Ita & si tota arbor lanigera simili est cynorhodo, non consequetur, (putant) ut calyx pomē arboris lanigerae simili sit calycē pomē cynorhodi. Publica ante Hermolanum lectio impressorum codicum erat: *calycē bombycino rhodo.* Ex qua, si Theophrastum & Plinius convenire volumus, hanc elicemus lectio[n]em, *corpore totū cynorhodo.* Hoc est, stirpis universitate. At durior, (quis inferet) correctio. Non negant; sed multo duriiores ajunt, præcessere aliae; quas tamē fateamur hec esse sit, veriores esse Sybillæ foliis, puta eximis scriptorū testimoniis observellas. Ita porro argumētantur. Sed si arbor toto habitu cynorhodi est, ut volunt, unde folia moro similia? Quare

Theophrasti codicem corruptum puto. An legit Plinius, τὸ ἡμέραν φυτόν τούς κυνορρόδεις, calyx pomī cynorrhodi. Omnino legit, τὸν δὲ κύπον τούς κυνορρόδεις ὄμοιον, vel τὸν ἡ κύπον οὐ μάλα τούς κυνορρόδεις ὄμοιον. *Cylinus*; sive calyx pomī similis cynorrhodi cytino. Calycem vocat quo linum continetur. Serunt, inquit Plinius, *eam in campis*; addit Theophrastus, *per ordines*. Quare procul aspiciēti vites esse apparent, pro quibus apud Plinius, nec gravior nullarum prospectus. Verus codex habet, nec est gravior villorum aspectu. Scribe ex Theophrasto, nec altius est quam vinearum aspectus. Id est, quod Theophrastus ait, δὲ τὸ περιστήριον αἴσθησις φύσιον. Meminit laniferarum arborum Herodotus in Thalia cap. 106. ubi de India agit. τὸ δένδρον τὸ ἀγριον εἶχε τομοῦ τὸ φύσιον, καὶ δρῦν τὴν δένδρον εἶδεν εἰ. Idem δένδρον τὸν δένδρον λέγεται. Præterea agrestes arbores pro fructu lanam ferentes, ovilla tum pulchritudine, tum bonitate præcellentem, qua in vestiarium Indi utuntur. Utrum Herodotus, quam Theophrastus cap. 9. an vero quam hoc capite 5. describit, intelligat, me fugit. Certe, si non eadem est quæ cap. 9. describitur, me ignorare fateor, qualis sit arbor.

Ἐγένετο ἦρ, &c. Apollonius in admirabilibus, ubi hunc Theophrasti locum recitat, addit fabam in India non reperi. Θεοφραστος ἐν τοῖς φυτοῖς τοῦ Ἰνδίου μὲν γίνεται αἴσθησις, μῆτρα φύσης, μῆτρα κύπων. An ergo mancus Theophrasti? An Apollonius de suo κύπων, fabam addidit, quod apud Theophrastum legatur, νῆστον τὸν πατέρα τοῦ τοῦτον. De hordeo triticoque Indico vide cap. 4. lib. 8. historiarum. Aliud genus inquit esse hordei sylvestris, quo panem suavem, atque alicam bonam consciunt. An genus illud describit, quod à Diodoro βόσπορον, vel, ut apud Strabonem legitur, βόσπορον, vocatur? Πολὺ δὲ σωτεῖον τοῦ Δένδρου, ἐπὶ δὲ δρῦν καὶ τὸ περιστήριον βόσπορον, νῆστον τοῦτον αἴσθησιν τὸν τοῦ περιστήριον λέγεται. Magna leguminum in India copia & varietas. Addit Oryzam & quod vocatur bosporum; aliaque complura ad vitæ sustentationem commoda. Idem Diodorus paulo infra, τὸν ἕτερον τὸν δένδρον τερπτὸν λόγῳ τὸν περιστήριον βόσπορον, νῆστον τοῦτον αἴσθησιν τὸν τοῦ περιστήριον λέγεται. Iterum fructus colligunt circa solstitium aestivalium, in quod orizam, bosporum, sesamum, & milletum satio incidit. Strabo libr. 15. τοῦτο δὲ βόσπορον, τὸν τοῦτον αἴσθησιν τὸν τοῦ περιστήριον λέγεται. Bosporum Oryzam ait frumenti genus esse minus tritico, & inter annes nasci: torri autem, cum in area exsurgitur, sed jura re istos non prius ex area se allatuos, quam igni fricere: ideo faciunt ne semen exportetur. Recte meo iudicio interpres, ἀντίστοι, legit ἄνθος. In antiquis eodibus lectionem hanc reperi, auctor nobis Casaubonus. Idem etiam interpretis lectionem probat, vocemque hanc sibi incognitam referit. Quod benignè accipi oportet. Nempe q.d.hoc loco nullum aptum, idoneumve sensum praestare; alioquin αντίστοι & αντίστοι, candem habet apud Græcos significationem, quam pretiosum, colendum venerandum, sanctum, apud Latinos. Hesychius αντίστοι, αντίστοι, αντίστοι, αντίστοι. Cæterum utrum, βόσπορον an βόσπορον legendum, hæreto. βόσπορον hordeum esse sylvestre, cuius mentionem noster facit Theophrastus, asserere non ausim.

Μέλιτος ἢ αντίστοι τὸ κυλούμενον, &c. Batavis oryzam truncato nomine *rīs* dicitur. Ex ea edulti genus parant, pueris & mulierculis (de senioribus nihil dico) valde expeditum, præsertim si saccaro & cinnamomo super asperso exhibetur. Coquitur in lacte bubilo, aut amygdalarum cremore, aut carni pingui jure. Boni saporis est eduliuus, orizatum, bene nutritius, concoctu haud difficile, stomacho conveniens; mediocriter quia alvum adstringit, & ventriculum roborat. Hispani Belgæque ex oryzæ farina, & gallinarum pectoribus elixis & incisis, cum saccaro & lacte lento igne coctis, ligneoque instrumento valide subactis, suavissimum ac gratissimum cibum, quem album; nostri *witte pap* vocant, parare solent; plurimi quidem alimenti, sed paulo crassioris, saporis tamen præstantissimi, & virginibus expediti. Oryzam recentiores Græci λαζαρίν vocarunt. Hesychius ἀντίστοις. Nomen illud inditum, quod in palustribus nascatur locis, eaque amer. Busbequius; Cæsareus legatus ad Othomannum Turcicum imperatorem, epistola prima. *Fuimus Philippopolis, vidimus in locis palustribus & aquafolis oryzam instar tritici crescentem.* Idem Strabo libr. 15. de solo natali & cultura orizze, τὸν δὲ ὄρυζαν οὐτονομοῦσαν τὸν τοῦτον εἶναι τὸν ἔχοντα αἴσθησιν. Aristobulus dicit; orizam in aqua eluvionis state, facta a roris quibusdam, eam continentibus. Eadem Megilli,

sententia. Idem Strabo, Μίκηται δὲ τὸ δρῦντες περιστήριον τὸ δένδρον φυτόν. αρδίτας δὲ τὸ φυτία δένδρον τὸν κλειστὸν πονχορόδην (in M. S. non dissimili sensu αρδίσορδην) ἴδεται. Megillus scribit, oryzam ante pluvias serit, cultu rameret & irrigatione indigere, & clausis aquis irrigari. Dioscorides etiam plantam hanc in palustribus & uliginosis nasci tradit libr. 2. cap. 117. δρῦντα τὸν στρηπόν εἶναι εἶδος, φυτόν τον εἰδέσθαι πόνον καὶ ύγειαν. His in verbis animadverendum, quod ait, στρηπόν εἶναι, εἶδος. Galenus non inter στρηπόν, sed inter στρηπά legumina recenset, cum contra inter frumentacea à Dioscoride referatur. Galenus lib. 1. de aliment. facultat. cap. 16. & 17. στρηπά πλεονεῖται τὸν δημητρίου σπερματινὸν ἵππον εἶναι λίναν, κύανην, πτοσον, ἑρεβον, φανον, θερευον, ὄργανον. Legumina appellant ea Cerealia semina, ex quibus panis non fit, ut pita fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, ervum. Nobis probatur Dioscoridis sententia, non tantū, quod certum sit, ex oryza fieri panem; sed quod tota facie & habitu planta hæc frumento quam legumini sit similius. Immo cum leguminibus nullam, cum frumento summam habet similitudinem. Aspice caulem, folium, semen, reliquamque faciem ac ideam plantæ. Mendi suspicio nulla: statim enim capite sequenti 17. de oryza, ac si leguminum præcipuum esset, agit.

Toῦτο δὲ στρηπόν, — Faciem oryzæ, Plinius lib. 18. cap. 7. his fere verbis inter frugum genera, hanc esse tradit. *Hordeum Indis sativum & sylvestre*, ex quo panis apud eos præcipuum. *Italica* maxime quidem oryzæ gaudent; ex qua prisam consciunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryza quidem folia carnaea, porro similia, sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmea rotunditatis. Nutgatur Plinius. Milii hordeique folia fert oryzæ etiam in Italia, Mediolanensi agro; & ea quidem non instar porri carnaea, nec latiora, sed quæ nullæ vel per quam exiguae cum porro habent similitudinem, & multo portaceis angustiora. Quare, si pro porro, hordeo substitui non debet, mala uitur comparatione Plinius. Hordeo sunt similia, sed paulo latiora. Florem nunquam observavi; & nescio quæ sit gemmea radicis rotunditas, cuius apud Plinius sit mentio. Dubitant adversariorum auctores, utrum gemmeæ rotunditatis radice oryzæ sit bosmorum, quod Romanis ac Græcis invidet India, Syriaque barbara; jurejurando adigere solita messores & institutes, ne, prius quam excoxiscent, ulli venderent; veriti, ne semen in alias regiones communicaretur.

Oryza.



An ὄρυζα φίσιον, &c. Male in Aldino codice φίσιον legitur. Quid φίσιον sit, ad finem cap. 3. libr. 8. docetur, quem locum adeat diligens lector. Oryzae radix triticea est; culmus hordeaceus cubitalis, non raro major, interdum bicubitalis, sepe sesquicubitalis, geniculatus, trifido

lico crassior, firmiorque; folium milio aut hordeo non dissimile, sed latius, in culmi summitate spicam prodit, rigidulam in ramulis, qualis milii, φόση, juba, divulsam. In his spicatum alterno situ inest granum, cortice subflavo, aspero, tenuibus, acutis seu angulosis striis in longitudinem donato, ovi ferè figura, superne aristæ sive ramulis adhærens. Granum deglubitum, sive gluma seu cortice expoliatum lacteo ferè spectatur colore, pellucidum, durum, pulibus gratius atque candidius, quovis præstantissimo tritico. Oryzam hanc ex India originem traxisse, & per universum orbem disseminatam esse extra omnem poni debet controversiam. Hæc præcipua omnium Indiæ orientalis locorum annona est. Hinc Indis loco panis est, ex ea placentas parantibus. Ex eadem in China potum faciunt, quem in Peru *acuam* vocant; in Iaponia *vinum*, quod Iavenses *aracle* nominant; in Pegu aquam extrahunt, quæ cum aqua vitae certat. Distinguunt in Oryzam optimam, quam *girasol*, & in viliorem, quam *chambasal* Indi vocant, ut recentiores, qui Indiam descripsérunt orientalem, testantur. Quibus in locis apud Indos nascatur, supra dixi. In Mediolanensi agro locis depresso, & patente planicie uidis seritur, & non difficulter provenit; solum tamen in quo provenit euripis & illicibus, à flumine è lacu *major* vocato, ductis, crebrius, quoties opus judicant, ac necessitas urget, rigant, alioquin nullum aut inane granum iaturum; ut admiratio ne non careat, tam siccum & exuccum granum tam paustri & humenti delectari solo, bonum alimentum, & delicatulum suppeditare, etiamque valetudini prodesse posse. Hujus mensis serotina est, circa æquinoctium autumni, vel circa finem mensis Septembri, vel paulo ante. Maturescit enim æstivis solibus multis. Hæc causa est, cur apud Batavos, quamvis ipsis solum satis humectum & udum, granum non proferat; quippe tellus cœlumve nimis ipsis frigidum. Granum vero non sua gluma rectum, sed decorticatum, & repurgatum adferri solet.

Αλλο διά οἰνού, &c. An illud semen est quod Herodotus in Thalia cap. 100. milii facie describit? Καὶ εὐ-
τερίον τοῦ οἴνου τὸ μέγαρον τὸ καλλικράτεον εἶναι τὸ γῆρας γε-
ρῶν: τὸ συντετριγμένον τὸ καλλικράτεον εἶναι τὸ γῆρας. Est ei⁹
semen quoddam milii instar, sua sponte nascens è terra, suo
in calyce: quod cum ipso calyce lectum coquunt, eduntque.
Quondam putavi ob Herodotum oryzam describi; sed
haec seritur, nec milio satis similis. Milii semen visu fo-
no græco non dissimile; uno enim eodemque colore, ma-
gnitudine non multum dissimili, sed facie diversa est.

Ωαρτε μεταξὺ νοτίου. Hæc fatus negligenter reddidit Plinius. *Oliva* Indiæ sterilis preterquam oleastri fructu. Addit Theophrastus. Et natura penè inter oleum & oleastrum; folio latiore quam oleastri, angustiore quam oleæ.

Ταῦτα πολὺ οὐδὲν τούτοις. Multo plura nascuntur in India, quæ infra libr. 9. recentes, cinnamonum, casia, nardum, aliaque aromata. De India Strabo libr. 15. ex auctoritate Aristobuli, cuius codices deperditi sunt, quod maximopere dolendum; Καὶ πολυφαρμαγῆς οὐδὲ, καὶ πολύριζος τῶντες στεγάναι, τὸ τάνακτον, ἀπερὶ τοῦ πολυχρόνου, Εἰσὶ θεῖαι, οὐδὲν τὸ πολυχρόνον ἔστι τὸ τάνακτον, ἐπειδὴ τοῦτο εἰς τὸν αἰώνα γεν-
τινα πολλὰ τρέπεται, τὸ πολυχρόνον τὸ τάνακτον αὐτὸν. Ταῦτα τοῦτο. οὐδὲν τὸ πολυχρόνον τὸ τάνακτον βασιλεῖσσαν. Item Indianam multa medicamenta habere, & multas herbarum radices, tum salutares, tum noxiæ, quemadmodum & multos colores, & hic & aliæ dixerunt. Addit legem esse, si quis exi-
tiale aliquid invenerit, nisi & remedium ejus reperiatur mor-
te plecti, sed si adinvenerit, honorem ei à regibus haberet. De
Iacca, quæ etiam in India provenit. cap. de anchusa egi.
Et hæc quidem in India orientali, Ex occidentali, maxime ex insulis Canadensis, & Virginianis, Novaque Belgica quædam accepimus, quorum icones nemo tradidit; descripta autem sunt à Caspero Bauhino, botanico, anatomico, practico, dum viveret celeberrimo. Et clariss. D. Ioannes Brosterhusius, vir in omni studiorum genere excellens, dedit nobis ramulum cum foliis fructibusque. Fructus hos Clariss. & summus & Botanicus Carolus Clusius exoticorū lib. 2. c. 16. describit. In decimo sexto fructu, qui pruni sylvestris in spina nascens erat magnitudine, quandam differentiam obseruabam initio. Nam aliis apicem illum sive cristam summo fructui inhærentem, & à pediculo pendentem planam habebant; aliis in illo apice bina tuberculæ incidebant; ab una parte pediculi unum; ut emi-
nentes oculi, totusque apex, avicula capitellum sursum elato rostro referre viderentur. Spadicei ex fusco coloris era-
rat hic fructus, (qualis & noster) atque rugosum foris cor-
ticem habebat, interna parte ex spadiceo slavecentem, te-
nacum nucleum continens, sive verius officulum, sphærica-

Globuli saponarii fructus xvi. à Iacobo
Gareto Clusio donatus.



prospera formæ, coloris atri, adeo solidum, ut ne lima quidem offendere, aut abradere quippiam possem, nedum cultello aperire. Infima pars nonnihil candicabat, qua tamen adfricata candorem illum amittiebat. Binos alios ejusdem generis septennio post ab eodem Iacobo Gareto accipiebam, non singulari bacca constantes, sed gemina eaque majora, ut etiam cerasum æquarent, abrupto pediculo, cuius ve-
stigium adhuc appareret. Sic ut magna ex parte gemi-
nus fructus ex uno pediculo nasci videatur, quemad-
modum in periclymeno recto. Longe recentiores autem e-
rant postrema illæ bacca. Nam tenaci admodum & glu-
tinoso succo adhuc abundabant; fuscæ quidem illæ, sed
qua luci oppositæ, ex rubro slavecentis coloris appa-
rent. Altera illarum per medium secunda, officulum repe-
riebam jam prædicto simile, durum, & adeo nigrum, ut
ex ebeno quippiam tornatum existimare potuisset. Quum
porro Garetus ab Anglis ex Guyana diceret relatum,
ejusque pulpa manibus confricatis, deinde aqua elotis,
spumam excitatam, & ejus rei causa sope berrieas, id
est, saponarias baccas ab illis esse appellatas; non du-
biū esse judicabam, quin esset fructus, ille quem O-
vidius parte prima generalis & naturalis historia libr. 9.
cap. 5. & Nicolaus Monardus libr. de simplicibus Medi-
camentis ex occidentali India delatis sphærule saponarie
nomine donarunt. Hæc Clusius. Experientia docuit, non
esse easdem sphærule, quas Monardus delineat cap. 65.
ubi ait. Capsula mibi missa fuit subere contexta, ple-
na sphærule valde rotundis ac nigris, atque splendentibus,
sic ut ex ebeno confectæ viderentur. (Hoc de inte-
riori accipiendu[m] foret nucleo, si idem foret fructus:) Ex
vero constabant, ex fructu in pumila arbore nascente
magis contorta quam recta, veluti ruscus, cuius folia si-
lici sunt similia. (planè dissimilia sunt, quæ nos à Cla-
riss. Brosterhusio accepimus.) Ferunt illi fructices rotun-
dum fructum nucis magnitudine; lenta quadam pulpa te-
ctum, qua sublata, relinquitur sphæra quedam maximè
rotunda, coloris nigri, adeo dura, ut nisi malleo aut a-
lia quippiam re solidâ & dura confringi nequeant. Saponis
vicem præbent hi fructus, quoniam si binis aut ternis,
cum calida aqua vestes eluantur, multo nitidiores reddun-
tur, quam si saponis librati pondere elotæ forent. Pluri-
mam etenim spumam excitant, esdemque effectus præ-
bent quos sapo, paulatim liquefiantes, donec sole sphæ-
rule superficiant, quæ officulum sunt hujus fructus: per-
orantur deinde hæ sphærule, fiueque ex iis corona ad
numerandas præces idoneæ, adeo elegantes, ut ex ebene-

no confectas dicat, tum diutini usus, quoniam difficulter confringuntur. Est vero is fructus adeo amarus, ut nulla quadrupes aut avis eam degusteret, aliquot ex iis terre creditae, vnde nare sunt, folia gestantes admodum elegantia, & viridia; parvulas abhuc plantas fructum suo tempore prolaturas existim. Quam vellem ne dixisset folia filici esse similia? Vel mala comparatione uritur, aut sphaerulæ quas describit Clusius, sunt diversæ ab iis, quas Monardus delineat. Sed mala non videtur uti comparatione Monardus. Quippe Ovidius libr. 4. ait. Sunt in his insulis, (Hispanicis videlicet) & continenti, quedam arbores, quæ à sphaerulis ad preces ad numerum recitandas necessariis, & a sapone cognomen accepérunt, quarum folia sphaericæ folia nonnihil referunt, licet minorâ sint, celsæ sunt & formosæ, fructum ferentes, avellane aut cerasi magnitudine, corolla insignitum, minimè edulem, qui sole exsiccatus subflavum colorem retinet: Is officulun intus continet, globulo bombardio æquale, rotundum, nigrum, & si solis radiis opponatur, subrufum, quod semen exiguum & amarum habet. Ex his officulis perforatis sunt supra dictæ corollæ, non inelegantiores, quam si ex ebeno confectæ essent; immo iis præstant, quod leviores sint & minus fragiles. Fructus integrum cum aqua calida panni expurgantur, perinde atque sapone; at si quis frequentius eo utatur, pannos urit & corrumpit; semel duntaxat necessitatis causa eluissé sufficiat. Pulpa officulum ambiens ea est quæ saponis vicem præbet. Ramulus (cujus imaginem appendi curavimus) spithami ferme est magnitudine, nodis frequentibus prædictus, colore cineritio; folia demptis appendicibus colore & forma aurantiis sunt simillima; minorâ tamen & angustiora, ac in acutum magis desinentia. Fructus satis luclenter descripsit Clusius, adeo, ut supervacuum sit plura de iis dicere. Aliam ex insulis Cannadensis accepimus plantam, quam nescio cui Epimediu[m] virginianum vocent. Virgas ex radice fibrosa emittit lignosâ, duras, flexibiles, partim erectas, partim humi repentes, nisi cultura accedat; tum enim fruticulus fit non inelegans. Folia fert in uno pediculo tria, instar foliorum trifolii disposita, quorum particularia sunt latiuscula, lœvia, dilatè viridia & splendentia, crassa, apocino latifolio

**Apocinum trifoliatum, Indicum
vulgo Epimedium.**



non dissimilia, eodemque etiam modo decerpita aut læsa, lac emittentia acre ac fervens. Quare apocinum trifoliatum appellare placuit, nec floruit, nec frui-

Vitis Hederacea Indica.



ctum unquam tulit. Vitis hederacea, vitis hederæque instar altè scandit, farmentaque emittit vitigenea, sed claviculis ad instar polyporum cirris prædicta; quibus lignis, lapidibus, chartæ omnique aliæ materiæ propinquæ adeo firmiter adhæret, ut avelli nequeat. Foliis constat ex uno pediculo quinis, quorum singularia vitalbae nonnihil similia sunt, sed multo latiora, rotundiora ac tenuiora, autumnali tempore, antequam cadunt, rubentia. Florem fert muscosum, vitigineum, fructum audio hederaceis corymbis non dissimilē. Aristolochiam Indicam cap. de aristolochia descripsimus. Utriusque sigilli cap. de sigillo Salomonis habes descriptionē & ico-

nes. Allii sive molyos virginiani delineationem ex cap. de phalangio pete. Vocatur enim phalangium virginianum.

Pericaria Virginiana.

Aliam stirpem accepimus, quam pericariam Indicam vocant, quod flos pericariam referat, alioquin tota planta betæ similior est. Ex radice crassa, magna, betæ albæ non dissimili stolones verno tempore emitit multos, altitudine tricubitales, aut altiores, mediocriter crassos, carnosos, virides, nonnihil striatos, in ramulos effusos; folia magna, lata, lœvia, resplendentia, carnosæ, dilute

Persicaria Virginiana.



sa, dilute viridia; quo ad formam, persicariæ non diffimilia, sed decuplo; ut ita dicam, majora, ac multo latiora: flos persicariæ julo similis; sed multo minor, colore albicans, nec æquè rubescens. Cannabila Virginiana ex

Cannabila Indica.



radice lignosa, fibrosa, dura, multos emittit verno tempore caules, ad humanam altitudinem nonnunquam accedentes, duros ac nonnihil lignulos, purpureos, maculive lineis quibusdam nigrantibus præditos; folia dura, aspera, rugolæ, nigricantia, longitudine sex, septem unciam; duarum aut trium latitudine, ex longo pediculo dependentia. Florem habet in summo caulis aliquo modo umbelliferum, colore dilate rubente ad instar cannabi, qui nunquam sese expandit, sed quasi conclusus manet, ac in floccum evanescit. Floret mense Septembri octobrique. Virgæ aureæ mexicant, ex unā radice cau-

Virga aurea Virginiana.



les plures, nonnihil tamen reclinati assurgent; circa quos folia palmaria, sesquianciā lata, crassula, splendentia, in summitate breviora. Ex foliorum alii rami prodeunt, quibus flores saturate lutei, sursum spectantes, facie chrysocomi, unam tantum caulis partem occupantes insident. Huius altera similis, foliis tantum magis rugosis, & nonnihil incisis. Lysimachia Virginiana (quam Alpinus Hyoscyatum, Bauhinus Lysimachiam corniculatam vocat) planta est ramosa, duorum aut trium cubitorum altitudine, fortia ad Lysimachiam latifoliā purpuream accedens. Ex radice oblonga, alba, digitalem crassitudinem superante, paucis fibris, capillata, caulis exsurgit initio rotundus; at supra medium ob plurimos ramos angulosos, subcincereus, levis, statim à radice in breviores, mox majores ramos, hique in alios late expansos, brachiatus; qui rotundi, paucissimis pilis donati, hinc inde maculis parvis rubentibus variegati; ex quibus, tanquam ex poris, pilus prodit. Folia statim ad radicem plura oblonga, palmum superantia, latitudine unciam vix accedentia; crassa, pallide virēntia, levia, in acutum definentia; quorum inferiora quandoque laciniatā, reliqua vero obscure sinuata; per horum medium costa alba, ut in Lysimachia, chamenerion dicta, excurrit. Ex alarum sinibus pediculus articulatus & rotundus prodit; cuius pars supra articulum triuncialis, fistulosa, florem magnum, flavum, quadrifolium, extra folia effert; qui cum primo florere incipit quadrangulus est; eo aperto, verum sole tantum lucente, in ejus medio stilos conspicitur, qui viridis ad articulum usque descendit, & apicibus quatuor sulphurei coloris, crucis in modum dispositis, donatus est, quem stamina octo circumstant;

Lyfymachia Virginiana.



quorum quatuor singulis foliis alia quatuor interjecta sunt: hisque singulis capitulum oblongum albicans insidet: ipsi vero flori, calycis in modum, folia quatuor oblonga, angusta, pallida, subjiciuntur. Flos odoratus est, non nihil ad heiri, vel potius ad lilyaphodeli lutei odorē accedens, ultra diem non persistens; cum is qui sub vesperam aperitur ad sequentis diei vesperam flaccescat, unde ephemerali dici meretur. Flore cum pedicello ad articulum delapso, altera pediculi pars sesquiuncialis, sensim ad uncias binas, etiā ternas oblongatur, & in siliquam sive corniculū abit, & propter semen copiosum, nigrum, parvumque quod continet, intumescit; quod ubi maturuit, ipsa cornicula, quæ utrimque ad caulis latera numerosa sunt, in quatuor partes dividuntur. Vere satum, rotata &estate & hyeme sine caule remanet, at sequenti anno, circa veris finem caulescere & Iunio florere incipit, dein semen maturescit, & ex deciduo semine (annua enim est planta) autumno delabente singulis annis copiose & usque ad autumnum floret. Alpinus credidit esse hyoscyatum nigrum Virginiae familiarem, quod folia, siliquæ, & semina ad hyoscyatum Ægyptium ab ipso descriptum accedant; ad quem quidem semina magnitudine & colore maxime accedunt. Ex sapore infido sub dulci coniicitur esse frigidioris temperamenti, cuiusmodi est I-talicus hyosciamus.

Corthusa Indica, vel hederá terrestris **Indica vulgo** vocata ex radicibus capillaceis caulinulos promit repentes, subrubros, folia corthusæ à Mathiolo descriptæ similia; Majo mense caulinulum promit exiguum, digiti majoris longitudine, in quibus flosculi palliduli antequam pandantur, figura hyacinthi Medici, postea stellares ac candidi, intus multis staminibus prædicti. Eam à professore Groningano Petro Mullerio, hederæ nomine, accepi.

Corthusa Indica, vel *hedera terrestris*.



Viola Virginiana foliis hyberno tempore exiuitur, quæ
novo vere iterum promit. Sunt hæc quana vulgaris violæ
multo majora, è diluto viridi splendetia, rotunda quidem
instar violæ, sed in acutum definentia, nec per ambitum
ferrata. Bis terve floret, vere, æstate, &c autumno. Flo-
culos fert violæ tricolori satis similes, sed colore ex cæ-
ruleo subpurpureos, dilutiores quam vulgaris violæ flo-
res. semen vulgari violæ simile. Odore caret, hyeme fo-
lius exiuitur.

Viola Virginiana.



Ἐπεὶ τὴν Ἀσίαν καλέεται, &c. Dividit ab India, inquit magnus Scaliger; at India regio est. Immo, si Straboni, Ptolomæo, ceterisque Geographis fidem adhibemus, India regio non est. Parthia regionem inquit esse Strabo lib. II. οὐδὲ Ασία νῆσον Μαργιανὴν ακούεται χωρὶς εἰς τὰ πάντα, τῷ μὲν οὐδὲ τῷ δέραι τῷ κληρονόμῳ, τῷ δὲ εἰς πόλιν, ταῖς αἰγαῖς ἐχοντας. Aria & Margiana provinciae sunt validissimae istius regionis (de Parthia loquitur) partim montibus inclusæ, partim domicilia locis planis habentia. Stephanus, Ασία, ἡ οὐκών νομός τε Περσικής καλεῖται Ἐπειδὴν. Aria dicitur femininæ vel neutrius generis, est regio Persica, ut Hellanicus scribit.

Corruptus videtur Theophrasti codex. Plin. lib. 12. cap. 8. Confermina Indis gens Ariana appellatur, cuius spina lachrymarum pretiosa myrra similis, &c. Scriptus ergo Theophr. ex de re Aegypti auct. Arianam recte Plinius conseruitam dixit Indiae; Nam regio Indiae non est. Strabo lib. 15. scilicet de riu. Indi cuius in Aegypti usque regimur & iacet. Plinyus. mis xii. id est Indor nomen. & tunc auctor Satrapiarum, & canticis Taurorum. Post Indiam est Ariana prima regionis pars, que post Indium Persis obtemperat, & superiorum Satrapiarum, que extra Taurum sunt. Nonnulli Arianam & Ariam eadem volunt esse regionem, alii diversam. Nostrum non est ea de re disputare; Geographi videant utrum eadem an diversa sit regio. Interim certum est, utramque à Strabone extra Indiam ponit. Recte ergo Theophrastus Ariam, vel, ut Plinius legit, Arianam ab India divisit, ac præter rationem à Magno Scaligero notatur.

*Omois in Iuvia, &c. Hac corrupta. Quae sit Illyrica
spina ignoto. Plinius legit; loco citato. Con-
termina Indis gens Arriana appellatur, cuius spina lachry-
marum pretiosa, myrra similis; accessu propter aculeos anxiō.
An apud Theophrastum scribendum, r̄i z̄ās̄i ḡi ōp̄ōm,
vel sine epitetho, r̄i ōp̄ōm donec plantam video, haereo.
Accessu, inquit Plinius, propter aculeos anxiō; quod aliun-
te quam ex Theophrasto habet. Hic enim lachrymam
myrrae similem accessu solis defluere ait. An scriptus Pli-
nius, accessu solis propter radios anxiō; quod radiis solari-
bus liquefiat lachryma, ac ita defluat? Cærerum s̄ep̄us
dubitavi, an hæc ǣn̄ḡi non sit qua adulterari tradunt
veteres hebenum, sed certi quid in hac brevitate statue-
re nequeo.*

re nequeo.
Σκυρόδειον. Vertunt regulas αὐτούτων, herba est, quæ umbilicus Veneris à Diolconde libr. 4. cap. 92. vocatur. αὐτοῦ δομήσις ἐπιτέλειον, οὐδὲ κυρσάλιον. Hoc loco vescem, clavam, vel tale quippiam significat.

*Amo de ianua. Male Aldinius codex 53. Plin. loco citato. Ibid frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos invitante, qui pene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu; quod & in Gedrosia accidit. Sæpius diximus, à Plinio raphanum & brassicam confundi, quod ignoraverit, antiquis Grecis *ιαρπα* brassicā significare, recentioribus & mediis ævi, raphanum. Male in antiquo codice legitur, frutex pestilens raphani folio lauri odore: equos invitante. Recte Hermolaus, frutex pestilens raphani, (magnitudine) folio lauri, odore equos invitante.*

КЕФ. 5.

Arbores odoratæ ubi nascantur, & quæ sint. Quid ferat septentrio. Item quid quoque loco proveniat. Quid in Creta, Rhodo, Lycia, Ponto, Propontide. Quid Tmolus, Olympus, Ida, quidque multi alii montes ferant. Quæ in toto orbe loca ad navalem materiam.

Περιτίπος δή τῶν Φυομένων καὶ ταλαιπών ἐξηλ-
λαγκρία τοσούτη ἀλλα τὰ εὐσῆμα τὰ τῷ Αρε-
βίῳ καὶ Συρείᾳ καὶ Ἰνδός οἷον ὅπε λίβανωτες καὶ Σμύρ-
να καὶ Καστια, καὶ τὸ Ὀπεύαλουμον, καὶ τὸ κιναίματον,
καὶ τοὺς ἄλλα τοιαῦτα. τῷτε τὸν ἄλλοις εἰρηταὶ διὰ ταλαι-
πών. Εἰ μὲν τοῖς τοσούτοις ἔω τοῦ μεσημερίας, καὶ ταῦτ-
αδεῖα, καὶ ἐπερχεσθεὶς ταλαιπωτάτων ἐστιν. Εἰ δὲ τοῖς τοσού-
τοις αρκτοῖς, εἰχεις ἐμοίως. εἴ τεν ταῦτα ὁ, παῖδες λόγου λέγε-
ται, ταῦτα τὰ κεινά τῶν δευθρῶν, αἱ δὲ Φιλόψυχες
τυγχανεῖ, καὶ ἔστι καὶ πιοὶ ἡμῖν οἶον πεύκη, δρῦς, ἐλά-
τη, πίξις, διὸς Βαλανός, Φίλυρος, καὶ τὸ ἄλλο
διῆ τὰ τοιαῦτα. οὐδέποτε γάρ τοι δέντρον εἰδοῦτο τοῦ τε
ἐστιν. ἀλλα μᾶλλον τῶν αἰλιῶν υἱημάτων ἔντα σουν ψυ-
χεούσις ἀκηλεῖ τόπους. καθάπερ κενταύρου, αἴψιν θεον.

επί θέσης φασι τοις φίλαις καὶ τοῖς ὄποις (οἷον τὸ ἐλάτιον
τοῦ λέβοροῦ, ἐλατίου, σκαμπανία) οὐδέδον πάντα τὰ
τοις φίλαις φέρειν. τὰ μὲν γάρ εἰ τῷ Ποντῷ καὶ τῇ Θερμῇ
γίνεται τὸ δὲ τοῦ τίνος Οἴστην, καὶ τὸν Πλευραῖν, καὶ τὸν
Πήλιον, καὶ τὸν "Οστέον, καὶ τὸ Παρθένιον. οὐδὲ εἰ τα-
χις δὲ τινὲς φασι τολμεῖστον· τολλάσσει καὶ τῇ Αρ-
καδίᾳ οὐδὲ εἰ τῇ Λακωνίᾳ. Φαρμακώδεις γάρ εἶται τοις
τούτοις δὲ ωδῶν γένει εἰ τοῖς τοῖς, τολλάσσει εἰ τῇ Ιλ-

⁸ Εἰς ὡρὸν τὴν δάφνην. Hujus plantæ meminit libr. 15. Strabo. Λοιδία πόλισσοι τῇ δάφνῃ φυτῷ εἰ τὸ γενοτέμπων τῷ χωριζόντοις αἴτιον μενὶται φλεγμανίᾳ καὶ φθεγγίᾳ. Erat planta lauro similis, qua gustata jumenta spumantia & comitiali correpta morbo emortebantur.

Ἐπιστολὴ ἡ ἀκριβεῖστη πατρί, &c. Hanc plantam paulo alterius describit Strabo loco citato, ἀναγνωσθεὶς τὸν καρπὸν οὐκὶ τὸ γῆρασκόν (M. S. καρκινόν) περιέχειν οὐδὲ σίνον τοῦ λόγου, τούτου οὐδὲ πανιδες οὐδὲ φρεγάλιον ἐμπιστούσαν, πᾶς ἀποτύφλον ζῶσ. Spina quædam, fructibus in terram fusis, quemadmodum cucumeres jacent, erat succo plena, cuius silla si in oculos alienus animalis incidissent, excæcabantur. Fructum humi jacere & cucumeri similem esse, racet Theophrastus. Plinius loco citato. Item laurino folio, & ibi spina tradita est, cuius liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus. Spina non est laurino folio; sed sine folio. Confundit duas plantas Plinius; unam folio lauri, quam epilepticum morbum facere tradit Theophrastus; & spinan sine foliis, cuius ē nodis aculeatis fractis tritisque lacteus emanat liquor, qui cæcitatem infert.

Kaj ἀτὰς τὸς ἀγράπων — τε οὐ τού. Verba hæc delenda.
Nihil de hominibus Strabo, nihil Plinius, qui has Indicas
etiam describunt plantas. Scilicet ex margine in textum
irrepererunt. Scriptis quis forte ad oram, ἐστὶν ἀγράπων
δοκιμασθεος, etiam εἰς hominibus visum adimit. Quod alii
cum virtio in textum assumperunt. Secus si res sese habet,
tota historia desideratur quæ de hominibus agit; nisi ex
Strabone placeat legere, κακοὺς γένη τοῦ γῆς εἰς επανάσταση
τοῦ στρατού.

** Απὸ τῶν φοιτικῶν. Strabo loco citato. οὗτος ὁ μεῖον Φοίτικης εἰπίσημος πολιός, στρῆμα palmulæ multos ἐνεκαβάτ. Harum palmarum non meminit Plinius.*

CAP. VI.

*uid ferat septentrio. Item quid quoque loco pro-
onto, Propontide. Quid Tmolus, Olympus,
ue in toto orbe loca ad navalem materiam.*

Intra plantas autem omnium maxime superfluent, plurimumque à reliquis distant, quæ in Arabia, Syria, Indiaque odoratæ nascuntur: ut thus, mirra, t̄ casia, laser, cinnamomum: quotquot alia hujusmodi, de quibus aliovolumine plene retulimus. Ergo plagis ad exortum, meridiemque vergentibus, & hæc ipsa peculiaria, & alia his plura proveniunt. At vero septentrionem versus non ita est: nihil enim commemoratione dignum narratur, præter communes has arbores, quæ & loca frigida amant, & apud nos quoque reperiuntur: ut pinus, robur, abies, buxus, castanea, tilia, reliquæ similes. Et fortasse nihil præter hæc aliud habetur, sed potius ex humilibus quædam, loca algentia querunt, ut febrifuga, absinthium, Item quæ radice succoue medentur, t̄ ut veratrum, agitorium, scammonia: cuncta fere, quorum radix expetitur. Quædam enim in Ponto, ac Thracia gignuntur: quædam circa Oetam, Parnasum, Pelium, Ossam, Parthenium. Multa etiam in Arcadia & agro Laconiō nascuntur: nam ea quoque regio t̄ medicaminibus scatet. At odoratæ nihil in his penitus, consecratice excepta, quæ in Illyride, & circa Adriam provenit: & ladata quidem, ceterisque longe præstantior. Ve- raras ad-
modū plantas
& à reliquis
plurimum
distantes.
t̄ casia, ope-
balsamum,
laser, cinnad-
momum.

λυεῖσθι καὶ τοῖς τὸν Ἀδρίαν. αὐτὴ σὲ ἐχόησῃ καὶ πολὺ^ο
Διαφέροντα τὸ ἀλλον. αὐτὸς δὲ τοῖς αἰτιεῖσιν καὶ τοῖς τοσοῖς
μεταποιήσας, ὡστερ παντεκάμψας τὸν εὐαθῆ. ἔχεστο
καὶ τὸν κυκλαύτιον οἱ αἰτεῖσιν μᾶλλον. ὡστερ Κρήτη,
Λυκία, Ρόδον. καθόρον δὲ, καὶ τὸ Θεράκια ὅρη, καὶ
τὰ Φούργα. τῶν δὲ τοῦ περιεχομένου ἡκάτε Φασιν σὺν τοις
ψυχροῖς ταναύλῳ δάφνης καὶ μυρρίνων. καὶ τούτων τοῦ
τοῦ τοῦ μερές ηὗτον τὸ Πέτρον τῶν μυρρίνων. σημεῖον δὲ λέγεται, ὅποι
τῷ Ὀλύμπῳ δάφνη μὲν πολὺ, μύρραν δὲ ὄλως
πολὺ ποτε. σοκὸν ἔτιν. εὐ τῷ Πόντῳ τὸν παντὶ, καὶ ποιον, σύδιον
καὶ ποτε. Σοβίζεται τούτος παντὶ ποτε μηχανώμενος
vide Plin. lib. 16. cap. 33. τοῖς τοῖς ιερωσυμέναις, σημαῖα δὲ πολλας εἴχει καὶ μερι-
λέα, καὶ τοῖς τοιαῦται πεύκη δὲ, καὶ εἰδῶλα, καὶ πίτους,
σοκὸν ἔτιν, γόργον ὄλως γέδει ἐνδεδον. υγρῷ δὲ αὐτῷ
χείρων πολὺ τῆς Σιναϊτικῆς. οὕτως γόργον πολὺ γεώντας
εἰπεῖ, πλειν τοὺς τοιαῦτα. παντας μὲν αὖτε τοῖς
τοῦ Πορτον, οὐδὲν ποτίς γε τόποις αὐτοῦ. εὐ δὲ τῇ Προπον-
τῷδι γίνεται καὶ μύρραν. καὶ δάφνη πολλαχοῦ σὺν τοῖς
ὅρεσιν. ιώτας δὲ ἔνικα καὶ τῶν τοπῶν ιδία δετέον. εκαστος
γοργὸς ἔχουσι τὸ Διαφέροντα. ὡσπερ εἴρηται, καὶ τοῖς
ὑλαῖς γε μόνον τῷ Βελπίῳ καὶ χείρω τῶν αὐτῶν ἔχειν,
φίγειν, οὐδὲ αὐτὸν τῷ Φέρειν. οἷον, οἱ μὲν Τιμόλοι δέ
φίρειν. οἷον
Μύσοις δὲ Ολυμποῖς πολὺ τὸ πάρον εἰναι. τὸν διοῖς βασι-
λευον. επιδὲ εἴπερ πελον, εἰ μηλέα, εἰ ρόσα. οὐ δέ
Ίδη τὰ μὲν σοκὸν ἔχει ταῦτα, τὰ δὲ, σπανία τοῖς δὲ
Μακεδονίας εἰ τὸν Πιεργικὸν Ολυμπον, τὰ μὲν εἰστι, τὰ
δὲ σοκὸν εἰ τάτων. σὸν δὲ τῇ εὐβοΐᾳ καὶ τοῖς τοῖς Μα-
γησίαις, τὰ μὲν Ευβοϊκὰ πολλά, τῶν δὲ αἴλων γένεν.
εἴδε δὲ τοῖς τῷ Πηλίον, καὶ δὲ τὰ αἴλα τὰ εἰπαντασφρο-
ντομονύμιαν. τῆς μὲν γαρ Εύρωπης δοκεῖ τὰ τοῖς τοῖς
Μακεδονίας, εἰ δὲ τῆς Θεράκης, εἰ τοῖς τοῖς Ιταλίαν.
τῆς δὲ Ασίας, τὰ τοῖς Κιλικία καὶ τὰ τοῖς Σινάτων εἰ
Αμυσῶ. επιδὲ οἱ Μύσοις Ολυμποι, εἰ δέ Ίδη, πλει-
ς πολὺ. οὐ γαρ Συρία καθόρον ἔχει, εἰ ταῦτη γεώντας
τοῖς τοῖς τελέσει. αἴλα δὲ τῷ Φίλυνδρῳ εἰ τὰ φρέ-
ποτέμια ταῦθι σμίνων.

rum in feruidis meridianisque locis, velut ex op-
posito, cōpia oratorum habetur. Cupressum
quoque loca feruida magis habent, ut Creta, Ly-
cia, Rhodus. At ex iis, quae mansuētū pol-
lunt, laurum, myrtum, minime in frigidis du-
rare affirmant, minusque myrtum. Argumento-
que utuntur, quod in Olympia laurus multa, myrtus
nulla omnino: in Ponto autem toto neutra
est: quanquam summo studio, omnique soler-
tia serere conantur ad usus religionis. Fici tamen
multe, magnęque, & punice, ample opacitatis
habentur: quin & piri, & mali permulte, + ac ^{Rhodus: Cedrum autem mōtes Tra- gie. At ex-} valdemul-
varii generis, majorem in modum: boneque fru-
gis, & verne, preterquam si que ferotinę. Ex ^{tiplices, & fructuose.}
fylvetribus vero robur, ulmus, + malus, & simi- ^{+ fraxinus.}
les: sed pinastrum, abies, atque picea desunt, &
omnino que rēdam in se se gerunt. Humida hęc au-
tem, & multo dēterior Sinopensi: quapropter non
multus est ejus usus, nisi ad ea, que sub dio. Hęc
circa Pontum, aut certe locis ejus quibusdam, habe-
ti novimus. In Propontide vero, & myrtus, & lau-
rus, in montibus, multis locis provenit. Sed for-
tasse sunt etiam, que locorum propria poni de-
beant. Quippe cum singula (uti retulimus) diver-
sa secundum materiam habeant: non solum quod
eandem meliorēm, dēteriorēm possideant, ve-
rūmetiam quod ferant, vel non. Ut Tmolus, O-
lympusque Mytius, ^{" juglana} nucem & castaneam pluri-
mam ferunt: item vitem, mālum, punicam. At
Ida, quibusdam earum caret: quedam perrata ha-
bet. Et circa Macedoniam, & Olympum Pieri-
eum, quedam eatum compēriuntur, quedam mi-
nime. In Euboea vero, & circa Magnesiam, ^{dem.} Eu-
boicę multe quidem habentur, è reliquis autem
nulla: nec circa Pelium, nec reliquis montibus
tractus illius. Quin & ad nayalem materiem locis
ibidem exiguis eit, & omnino in universo terra-
rum orbe. Quippe cum Europe, Macedonia, &
Thracia, & Italia tantum habere videntur: Asia
vero, Cilicia, Sinope, Amytis, adhęc Olympus
& Ida, verum non multum. Cedrum enim Syria
gignit, eaque ad triremes utuntur. Et ea vero,
que aquas adamant, ac sēcūs flavios degunt, pari
modo se habent.

IULII CÆSARI SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

PEARLITOG. Nunc de odoratis, tam Arabiae, quam Indiae. Sed transit ad alias quoque regiones: & sane loca examinat à calore, & frigore. PEARTOG. Theodorus, maxime superfluit. Non, immò è contrario, raræ sunt. At rarum non superfluit. Alibi monimus, & cito impar significat. Impar est extra divisionem: que rara, extra natu-ram ordinariam.

Οποσδομιου. Theodorus aliud habuit, Laser. Et sequitur, δικαιωματος. Si succus educi potest ειναι ανομο, rem perquam divinam esse oportet. Theodorus simpliciter legit, κηρυγματος.

Tarōd. Guidū. sēdē. ē. tw̄gus. Si intelligit ea tantum, odorata, quae Aromata appellantur; male facit. Multa namque odoratiora sunt apud nos, quam piper, aut zinziber. Præterea non potest: eximit enim Iridem. Sanè inter aromata Athenaeus quoque Iridem connumerat. Verum Nardus Celtrica est, quam Iris, odoratior. Omitto Getyanę nigrā, Inulam, Valerianam, Caryophyllatam. At Cala-

mus aromaticus, vulḡ ita dictus, in Scythia nascitur gelidissimis locis. Nam quod attribuit cypressum calidis: nesciebat in agro Burdegalensi ad Septentrionem cypressem esse: in Narbonensi ad austrum non esse.

Kidēgo dī nō nō ḥēgūia dēg, nō nō ḥēgūia. Theodorus hæc omnia omisit. Cæterum Cedrus multa, & optima in Syria. Item quod ait Myrtum in frigidis non durare: non audierat inter Aremorcos eos, qui nunc Britones nominantur, multam esse Myrtum, multum esse gelu. Falluntur autem, quemadmodum alibi dicebamus, isti, qui omnia ab elementorum qualitatib. metiuntur. Itaq; mox pinū, & Piceam in Ponto negat esse propter frigora: at sunt in Arvernū locū gelidissimā.

H' d' Ida quibusdam earum caret : quibusdam perraras
habet. Multa eget interpolatione hec loquutio , nisi corri-
gas facilius : qualdam perraras.

Eugenius nominis. Peculiaris arbor, unde cognomen. Humanum excussum in primo libro.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

O Побάλογμα, Ε τὸ ὀπακινάματος. *Restitue βασιλεῖαν, Ε ὁ
ὅτες, οὐ τὸ κινάματος.* Et infra. φιλόνυχα emendavi,
Legebatur manifesto errore φιλόνυχα.

Ez̄tē, lege: c̄n̄tē vel z̄tē, id est, phā, hoc loco, ut quærere usurpat Plinius, quod & exposcere dici possit.

Ἐλαστήριος, esse debuit, ὁ σίκυος ὁ αὔγειος, οὗτος τὸ ἐλαστήριον.

intellige & ceteris, ut infra dicet lib. 9. cap. 15. Nam quid
succus in herbarum censu? Et infra ante xlii, deest, x. As-
pirotropia non solum de radicibus accipientium puto, sed la-
tius de herbis in genere que leguntur ad usus medicos. Sic nos
Borduas pugnauerunt Hippocratis. ut Slatius patet pirotropia, &
pirotropia, id est, herbarius & herbaria, nempe ars. In sum-

ma ipse verborum contextus offendit, non ita arctis sinibus vocem restringendam esse. Φαρμακόδεις βορδαῖ, dicuntur herbae medicare Plinio, sive medicamentosa Catoni: & Φαρμακόδεις χώραι, ut dicit Cicero, medicamentorum salubrium plenissimae terre. Αυτούντος, legit.

Māor. Cautē & consideratē adversus reprehensorum pruriginem. Hic enim loquitur ὁ ἐπίστολος, & de odoribus, non de odoratis simpliciter, aut de iis quæ peculiariter ἀρωματα appellantur. εἰς τὸ πότην καὶ πάρην, καὶ ποιον, εἰς ἔγραφον.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

Pερὶ περιστῆρας τῶν φυραίων. Odoratas plantas in Arabia, Syria & India nasci, quotidiana comprobata experientia. Hæ enim nardum, casiam, thus, myrrham, balsamum, cinnamomum, zinziber, aspalatum, costum, piper, charyophyllum, nucem myristicam, aliaque infinita ferunt aromata. Adeo ut felicissimæ hæ dicantur terræ, & ab omnibus celebrantur.

Kαὶ τὸ κινάμωμα. Ald. Bas. καὶ τὸ ὄποβάλανθον καὶ τὸ ὄποβάλανθον. Nemo veterum succi, sive potius lactei succi cinnamomi mentionem fecit, quod nec in rerum natura esse puto: sed codicem corruptum. Quid enim ἡδε, succus, in Herbarium censu? Lego cum Doctiss. Roberto Constanti. καὶ τὸ βάλανθον καὶ ὄποβαλανθον & balsamum & laserpitum. & cinnamomon. Laserpitum καὶ εξοχὴν vocari ὄπον lib. 6. c. 3. abunde probatur. Lego cum eodem στίχῳ καὶ εἰς δι τὸ εἰλατέον. Vide cap. 15. lib. 9.

Πικροπόντινα. Non solum de radicibus accipi debet, ut recte monet Constantinus, sed latius de herbis in genere, quæ leguntur ad usus medicos. Πικροπόντινος enim non est is ὁ ἕτερος πικροπόντινος οὐκον. Qui de radicibus secundis experientiam habet, aut qui radices extirpare novit: sed μέτρον dicebatur qui simplicia tantum medicamina vendebat, herbarum scilicet ac radicum quas ipse colligebat & conquirebat. Qui vero simplicium herbarum porestatates tantum olim descripsérunt, libros suos τὸν μετρούμενον inscripsérunt, ut Micius apud Plinium. Firmicus Herbarios vocat, (quod nomen & hodie obtinent) τὸν μετρέμενον Γρæcorum vel Βοτανολόγου. De hac voce plura libro 4. ubi, quæ differentia, inter pharmacopiam, seplasiarium, πικροπόντινον herbarium, & πικροπόντινον, quem hodie pharmacopœum, vocant, ex antiquorum scriptis ac placitis doceunt.

Kαὶ τὸ τούραιον ἢ τοῦ Φασι τούραιον. Hæc omisit Theodorus. Et certè quæ regio, quis locus τούραιος dicatur, ignoro. Omnino videtur legendum, Φασιν. Recenset enim loca quædam Græciae, vel huic vicina respectu Arabiae, Indiae frigidiora. Phæstos enim Cretæ urbs. Est & Phæstus quæ vocatur Listes. Lissa insula maris Adriatici, fluvius Thraciae, oppidum in finibus Dalmatiae, Macedoniae contiguum, non procul a Nymphaeo promontorio, teste Plinio libr. 3. cap. 22. & Ptolomæo libr. 1. cap. ult. Lucan. lib. 1.

Prætereunt frustra tentati littora Lissi
Nymphaeumque tenent.

Phæstos etiam Achaiae locus. Stephanus αἰσθατή πλάνη. Φασις πόλις Κεφτής. οὔντος, εἰσιθνὶς τὸν Φασιν τὸν Ροπίλου Ηρακλεῖον ποιόν. εἰς τὸ Θασίαδος καὶ ὁ κυρλαύσινος Λιστέος. Εἰς δὲ καὶ Αχαϊας αἱ Ράινοι οἱ Αχαϊκαὶ τοῖτο. εἰς δὲ καὶ ἄλλα Φασις Πελοποννήσου, οἱ πεστεροὶ Φερίζα κυρλαύσινα. Utrum intelligat Phæstum Peloponnesi, an Achaiae, an Dalmatum, quis affirmabit? Probabile, si Φασιν vel Φασιν legendum, Achaiae vel Dalmatiae locum intelligere, quippe loca Dalmatiae, Achaiaeque vicina plura recenseret.

Τὸν ἤ τιναδόν. Hoc merito reprehendit Scaliger. In Scythia, Dalmatia, Batavia acorus nascitur, radix aromaticæ & odorata. Præterea inter aromaticæ & odorata recenset Dioscorides, locis tamen frigidioribus provenit. Gallia Narbonnensis, & Hispaniae pars huic contermina, incognita Magistro. In his aromaticæ, odorataque plurima, ut rosmarinus, stœchas, oxycedrus, nardus, aliaque infinita. Sed hæc loca antiquissimæ Græcis fuere incognita.

Ἐγενον δὲ καὶ κυπαρίστον. Hoc loco cupressi nobis exponenda Historia. Arbor hæc apud Græcos duplicit nomine censemur. Cupressi enim charites, Gratiae vocantur, & κυπαρίστον, pro quo Latini cupressi. Utroque nomine cur cupressus gaudeat, docet Cassianus Baffus libr. undecimo, cap. 5. Διτέον αἱ κυπαρίστοι οὐ τοιοῦται, γάρ εἰτε μὲν Διτέον τὸ τεῖχος, κυπαρίστοι δὲ τὸ κύνιν καὶ Φύσιν παρέστουν τούτη τολμέστον καὶ τοὺς κυρεπούς. Εποκλείεται τὸ αὐτοῦ καθεστῶτος παιδίς, οἱ περιστρέψαντος τὸν θεῖον, εἰς Φέρετρον εἰσελθόντος προστοντούς. γὰρ δὲ ιδεούσι τὸ παιδίον τὸν θεῖον φυτόν εὐτελῆ θυσία τῆς παραγόντος.

Certissima lectio, εἰς τὸ πότην, καὶ μεταγνῶν. Et sic plante in infra cap. 17. ubi solum pro munere, scriptum munere. De Panticepæo habes apud Plinium bis in cap. 12. libr. 4. Epiurus sic inter ceteris lib. 16. cap. 32. Circa Bosphorum Cimmerium in Panticepæo urbe, &c. Quæ sunt hujus locis satis mihi locum adnotasse: ita in rem presentem.

Tοῦ φίρου, subauditum aliud membrum, οὐ μὲν φίρου. Sic ipse sapissime. Tοῦ οἰοντος, intelligitur φίρου. Vide in dict. τοῦ ευρινοῦ Crispini Lexico. Maronius, deest prior lexico.

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

ἀντεῖς, τοῖς τοῦ αὐτοποίου καὶ τοῦ μεταγνῶν. Cupressi duplex nomen habent, & charites hoc est Gratiae appellantur ad delectationem, cyparissi vero, quod ferè pariles gerstant & producant, tum ramos, tum fructus. Eteoclis filia ha fuere: saltantes autem ad amulationem dearum, in putreum extra choream evolutæ, delapse sunt. Verum teatra cladem ipsarum miserata, plantas virides, pueris similes produxit, jucunditatem hominibus, & memoriam ipsarum inducens. Κυπαρίστον ergo dicitur, τοῦ τοῦ κύνης μαγικού τοῦ δριγίου, à partu parilium ramorum. Poëtae tamen cupressum à Cyparissso puero in hanc arborem converti dicitam putant. Ovid. 10. Metamorph.

Iamque per immensos egesto sanguine fletus
In viridem verti cæperunt membra colorem,
Et modo qui nivea pendebant fronde capilli,
Horrida cæsaries fieri, sumptuque rigore
Sydereum gracili spectare cacumine cælum;
Ingenuit, tristisque Deus lugere nobis,
Lugebisque alios, aderisque lugentibus inquit.

Fuit Cyparissus Amiclei filius ex insula Cea. Hunc Apollo dilexit, & propter cervum patientem, quem per imprudentiam sagittâ transfixum interemerat, manus afferrentem sibi, periculis eripuit, & protinus in arborem sui nominis vertit, ut Ovid. loco citato cecinit. Aliter fabula hanc narrat Servius ex Auctoritate Maronis. Fama, inquit, Cyparissum puerum fuisse a Sylvano amatum, cuius cervum inscius occiderat, ideoque pro dolore postea puerum contabuisset, & ab amatore Deo in arborem suis nominis conservum, ejusque ramum pro solatio gestare Deum. Virg. I. Georg.

Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.

Cupressos ζέατες vocatas Cassianus ait, quod delectant. Certè ipse Cupido filius Veneris, ac Deus amator, Psychem, (ut Apulejus Metamorph. lib. 5.) alloquutus involavit hanc arborem, deque ejus alto cacumine eam est affatus. Virgilio quod jucunditatem hominibus praebat, læta dicitur in culice.

Ilias & nigræ species & lætacupressus.

Lætam dixit, quod paribus suis ramis, altitudine insigni, amœna viriditate, oculos pascat. Quanquam & læta dici potest, quomodo Virgilio læta dicitur leges, gemma, & gramen lætum lib. I. Georg.

Quid faciat lætas segetes,

Pinguesque in gramine læto.

Iam læta turgent in palmitæ gemmæ.

Frustra corrigit, lenta cupressus: Adulta & procura, (de qua Maro) cupressus, non ita facile ducentis manuam sequitur, ut ipsi epitheton illud convenire possit. Læta ergo dicitur a vivido, claroque colore foliorum, quo oculos exhilarat. Læta etiam ab altitudine insigni dici potest. Arbores enim alte læta dicuntur, quod, ut Macrobius ait, sola crescendi facultate vivere dicantur arbores, ab insigni altitudine. Theocrito iadūm dicitur Eidy. I. εἴδη φυτῶν την, την γαδιάνην πυρηνού, ιβη συντλαρι, sunt proceræ cupressi. Scholia. παριδινὸν τὸ επιπρόνεον την λαττέον τὸ πινα πυρηνῶν προστῆν, gracile, & quod facile quatitur & cōmovetur, cuiusmodi est cupressus, cū vento agitatur. Sed dicet quis, non video, cur non scriplerit Poëta. & lenta cupressus. Lenta enim est, quod multo tempore spacio ad insigni, quam habet magnitudinem acquirendam indigeat, ac in crescendo sit tarda ac lenta. Hinc Artemidorus tradidit lib. 2. cap. 25. cupressum visum in somnis esse symbolum μητροφύλας καὶ παρελπόντος Διό τοῦ μῆνος, magnanimitatis & mora propter longitudinem. Hæc licet ita sint, non temere tamen, nec sine magnis rationibus a vulgaritate recedere licet lectione, quæ habet, & lenta cupressus. Sed quomodo læta,

læta, quæ lugubris, & Diti dicata? Plinius lib. 16. c. 33. Cupressus advena, & difficillime nascentium fuit, ut de qua serbosius sepiusque, quam de omnibus aliis prodiderit Cato. Natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, ut pene fruticos generis, Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita. Vider lector, multa tradi à Plinio, quæ prohibent lætam dici posse cupressum. Et contra non pauca, quæ docent lentam dicendam esse. Læta enim dici vix possunt quæ morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, Diti sacra, quæque funebri signo ad domos ponuntur. Lenta dicuntur, quæ difficillime assurgunt, natusque morosa sunt. Diti sive Plutoni arbor hæc sacra ob multas variasque causas; quæ præcipue petuntur ex arboris hujus natura, ut illa, quod excisa (sicut alibi plinius dixi & dicam) & decacuminata ad radicem usque, non renascitur. Hic antiquitus credebatur, hominem excisum sive mortuum non renasci, & ex cupresso excisa idem quod ex homine mortuo sperabant. Objicit quis, Theophr.lib. & cap. secundo tradere, in Creta cælam cupressum regerminare, & ab Herodoto solam piceam, quod minimè repululet. πανδεσπονος νομον, βλαστον οιδέρα μετει, αἴδη πανωληπτος ἐξαπόθετη. Piceam solam ex omnibus arboribus esse, quæ excisa, nullam sobolem remittat, sed prorsus emoriatur. Respondeo in sola Creta cupressum repullore, in aliis locis non renasci, eaque de causa inter ea posse numerari quæ cæsa non renascuntur. Dantur & aliæ causæ, cur Diti sacra, quod veteres (qui mortuorum animas, ad inferos descendere credebant) aditum ad Diem patere non existinabant, nisi cupressus ramus sepulchro affigis foret, & hanc quidem solam animas sequi putabant. Horat.lib. 2.od. 14.

*Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor, neque harum quæ colis arborum
Te preter invisas cupressos.
Vlla brevem dominum sequetur.*

Potest & alia, & melior à Christianis causa ex cogitari, quod lignum cupressinum nec cariem nec vetustatem sentiat, resque omnes ab erosione & vermis servet; Hinc puta merito cupressum, & sepulchro, & funeribus dicatam fuisse, ut homines discerent, quos mortuos purarent, ad æternam & cupressinam durationem transiisse, jam apice cœlum contingentes. Nec tantum mortis quæ jam advenit, sed instantis index ac prænuncia cupressus. *Æthiops quidam* (inquit Spartanus in Alexandro Severo) è numero militari, clare inter scurras fame, & celebratorum semper focorum, cum corona e cupresso facta eidem occurrit, quem cum ille (Alexander Severus) iratus ab oculo removeri præcepisset, & coloris ejus tactus omni, & corone, dixisse illi dicitur, soci causa, tecum fuisti, totum viciisti, jam Deus, esto victor. id est, jam relinque hæc humana, quorum omnium jam potitus es, ac transi ad Deos. Addit Plinius, & ideo funebri signo ad domos positas. Alii januis aut portis affigebant, ne quisquam per ignorantiam domum ingrediens pollueretur, sed non ad omnis ac cuiuscunque generis hominum, sed tantum ad nobilium ac divitium ædes ponebatur, Lucanus,

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Varro rogis cupressum adhibitam ait, propter gravem ustrinæ nidorem. Foetorem enim cadaveris, odoris sui jucunditate leniebat. Virgil. 6. Æneid.

*Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
In exunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt.*

Aræ quoque & tumuli, qui pro absentibus erigebantur defunctis, cupressis (quæ arbor erat funebris) & vitris nigris, aut cærueis orabantur: mulieres adesse his exequiis non solebant, nisi solutis capillis. Cujusmodi ex quæ illæ sunt apud Virgil.lib. 3. Æneid.

*Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Ageritur tumulo tellus, stant manibus are
Ceruleis mæstæ vittis, atraque cupresso,
Et circum Iliades crinem de more solute.
Inserimus tepido spumania cymbia lacte.
Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.*

Quæ sparsim de cupresso tradit Theophrastus, ea suo loco a nobis examinatur; nunc examinabimus quæ hoc

capite tradit. In Creta insula nasci tradit, Lycia ac Rhodo, aliisque locis servidis, ut in Assyria. Arrianus lib. 7 de expedit. Alexand. λίγει δέ ὅτι καὶ αὐτὸς επαπήγειτο σύλλογον τὰς κυπριόσους τὰς εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. τόντον γάρ μέτρα τῶν διόδων εποιεῖσαν εἴς τὴν γαστραν Ασσυρίαν, τόντον δέ αὖτε εἴσαι εἰς ταῦτα προσέρχεσθαι τὸν γάρ τον. Dicit idem, Alexandrum aliam quoque classem construxisse, casis cupressis in Babylonia. Harum enim arborum in Assyria tantum copiam esse, sed reliquarum quæ conscienda navibus aptæ sint in opia laborare. Creticæ cupressum coronamentum fuisse in agone quodam gymnicō ex Plutarcho primo Sympost. Probl. secundo colligunt doctiores, οὐδὲ οὐρανῆς περιπτέται τὸν Ιωνίην πίνακα, οὐδὲ ιερῆς κυπρίστον, αὐτὸς αὐτὸς ἔκρητα συντείται καὶ συνεργάσθειται μεταξὺ τοῦ ποντοῦ ιανουαρίου, καὶ λαοὺς χρέωσθαι πατέσσι, οὐτα κυπρίστον. Neque navis fabricator Isthmica piceam (male vertunt, abiet) aut Creticæ cupressum reliquis priorem lignis ponit, sed ut inter se composta ac concinnata, totum sint opus factura valitum, pulchrum, utile, sic et disponunt. Non video, qua ratione, ullo modo ex his verbis probari possit, Creticæ cupressum coronamentum fuisse in agone quodam gymnicō; quod Isthmican dicat ac conjungat piceam, & Creticæ cupressum. Apud Isthmios quidem pinus coronamentum fuit, sed non sequitur, cupressum idem apud Cretenses certaminis fuisse præmium. De natura Cretensis cupressi cap. & lib. 2. plura dixi, quæ non repeteo. Hoc loco que Plinius lib. 16. cap. 33. tradit examinabimus. *Huius patria insula Creta, quanquam Cato Tarentinam eam appellat; credo quod primum eo venerit.* Et in Ænaria succisa regerminat. Sed in Creta quocunque loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat. In illa vero etiam non appellato solo, & sponso, maximeque in Idaea montibus, & quos albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima: quod mireretur alibi non nisi in tempore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. Nec terra tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum & quædam temporaria vis. Imbres aliqui plerunque semina effertur, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaice regioni, cum primum ibi laserpitium natum est. Plinius natale solum cupressi inquit esse Cretam. Cato vero ex agro Tarentino semen cupressi petere jubet c. 151. Codex Plinius corruptus est, quodà doctissimi viris jam animadversum video: verum ulceri non medentur, saniori parti medicamentum adhibent. Quomodo locus hic ab illis legatur, videbimus; deinde quomodo legi ac corrigi debeat, dicemus. Illorum hæc est emendatio. *Huius patria insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellat, credo quod primum eo venerit, & in Ænaria succisa regerminet.* Sed in Tarento quocunque in loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat. In illa vero etiam non appellato solo, & sponso, maximeque in Idaea montibus, & quos albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima: quod mireretur alibi non nisi in tempore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. Nec terra tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum & temporaria quedam vis, imbre aliquo plerunque semina adferente. Certe fluunt genere aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaice regioni. Nihil, inquit, aut parum receimus ab antiqua scriptura, nisi quod in Tarento, pro in Creta rescriptum, ita necessario flagit ante sententia. Plinius cupresso Cretam dat patriam, Cato Tarentinum agrum assignabat. Differentiam ostendit Plinius. In Tarento, inquit, quocunque in loco terram moverit quispiam, serendo scilicet cupressum, si naturalis hæc terra ei fuerit, gignitur, & protinus è solo in aërem migrat. Naturalis terra est ixila, ut vocat Theophrastus, de eadem rē loquens. Nam, ut & ibidem scribit Plinius, natura circa has plurimum refert. Sic naturalia saxa Solinus vocavit supra, in quibus nascitur coralium. naturalibus saxis derogatis. τοῖς οἰκεῖοις τοῖς νομισματοῖς. Ergo non ubique in Tarentino agro optime provenient cupressi, sed in ea tantum parte ubi occurreret naturalis cupresso terra. In illa vero, hoc est in Creta, provenire etiam non appellato solo e sponso. Ita egregie, inquit, emendavimus insinceram editionum scripturā, non appellato solo ac sponso. In Thuanæ vetustissimo codice scriptum est, non appellato solo ac sponso, e quo fecerunt, ac sponte, nos, e sponso. Dicit cupressum in Creta provenire, etiam non appellato solo e sponso, id est, requista naturali terra, sed quocunque in loco ejus insulæ solum gignendæ cupresse bonæ esse fidei, nec sponso appellandum. Quod vulgo dicimus, appeller à garant. Non omnis tellus omnia fert. Ea demum naturalis alicui frigi terra dicitur, quæ illi gignendæ apta est. Virgilii & patrōs cultusque habitusque locorum. Patrios naturales exponit

ponit Servius. Naturalis terra è sponsō appellanda est, nisi reddat bona fide semina, quæ sibi convenientia accepit. Hoc enim quasi spondere videtur soli natura, ut ea optimè ferat, quibus ferendis naturaliter idonea est. At cupressus in Creta ubique felicissime provenit, etiam in non sua ac minimè naturali terra: qualis è sponsō appellari non potest. Nec enim id promittit feliciter reddere, cui gignendo minus apta est. Cupressus autem cum alibi non nisi in tempore & calidis locis proveniat, apud Cretam insulam summis montium jugis nascitur, à quibus nunquam nives absunt; quod mirandum merito ait Plinius. Hoc est igitur quod dicit, *non appellato solo è sponsō in Creta provenire*, id est, in solo etiam minimè naturali, quod ex sponsō appellari non possit. È sponsō appellatur, qui pro alio spondit. Terra & sponsoris & debitoris vicem obtinet: unde & se in bona reddere cum sc̄nō dicitur; & respondere & audire, ut bona nomina solent. Phædrus avarus nomen dum locat sponsō improbo. Ita viri doctiss. & in omni studiorum genere exercitatisimi hunc locum exponunt. Sed non attenderunt, quod pace illorum dixerim, Plinium hæc ex duabus tribus Theophrasti locis male compilasse, ac in unum redigisse, ut ex sequentibus patet. Tarentinam quidem laudat Cato cupressum cap. 151. ubi ait. *Quo pacto cupresseta seri oporteat, Manius Percenninus Nolanus ad hunc modum monstravit. Semen cupressi Tarentina per ver legi oportet: maturum ubi hordeum flavescit.* In antiquissimo nostro codice, principium hujus capituli desideratur, in quo legitur. *Memius Percennius Nolanus, ad hunc modum monstravit. Semen cupressi Tarentina per ver legi oportet materiem ubi hordeum flavescit.* Ac utrum recte in vulgatis Manius, an, ut in antiquissimo, Memius legatur, non laboro; sed pessime in antiquo pro maturum, materiem scriptum est. Recte in editione Coloniensi maturum legitur. Sed falsum omnino est, in Ænaria succisam cupressum regerminare. Nemo unquam tradidit in Ænaria nasci. Ænaria, inquit Plinius, *insula est in sinu Puteolano, libr. 3. cap. 6. ubi Corsicanam describit. Theophr. lib. & cap. secundo in Tarrha Cretæ oppido succisam regerminare scribit. Tarrha Cretæ oppidum. Stephanus Tarrha πόλις Αὐδίας. — Επέργη, Κρήτης τοῦ Ταρράπος Απόλλων πρωτεῖ. Tarrha urbs Lydiæ. — Est alia tarrha Creta urbs, in qua Tarrhæus colitur Apollo.* In hoc Tarrhæo agro succisam cupressum regerminare docet Theophrastus, κυπρεστήσθε τοῦ οὐρανοῦ αἰώνιον θεόν τε σελίγκους, οἷος ἡ θεὸς τῆς Κρήτης τοῦ ποντού τοῖς εἰς τὴν Κρήτην νομούσιον αὐτῷ οὐδὲ τὸν τοῦ ποντού βασιλεὺς ποντού τοῖς ποντούσιν, τοῖς δὲ τοῖς ποντούσιν, τοῖς δὲ τοῖς ποντούσιν. Scriptis ergo Plinius. *Huic patria insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appetet. Credo, quod primum eo venerit, & in Tharra succisa regerminet. Cato ergo Tarentinam vocat, quod primum Tarentum è Creta advenerit, sed in Tarrha, ut Theophrastus, succisa regerminat, non in Ænaria. Quæ sequuntur, ostendunt differentiam, quæ est inter Tarrhinam vel Tarrhæam, & inter cupressum quæ in reliqua parte Cretæ reperitur. Parte priore non de Tarentina, sed Creteri agit cupresso; de qua Theophrastus libr. 3. cap. 2. ait, ιναχος ἡ ἀπό μονον ζερπτωνται καὶ κυνοστον, οὐδὲς αἰρανταστενη μεταντα τοιοντας. Διορις τοῦ Κρήτη κυπρεστήσθε, &c. Frustra ergo viri magni pro, sed in Creta, legunt, sed in Tarento. De Creteri solo hac tradidit Theophrastus, ex quo sua habet Plinius. Recte ergo, sed in Creta, ut vulgati habent codices, quæ lectio etiam in antiquissimis reperitur. sed in Creta, quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat. Recte corrigunt. quocunque in loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat (ut antiquus noster codex habet) vel quod proprius ad Theophrastentiam accedit, emergit. Αἰαχλαστενει, si naturalis, hoc est, quod Theophrastus, η οικεῖα τοῦ καρποῦ, si conveniens, proprius, & accommodatus ad naturam locus est. Notat doctiss. Dalecamp. in codice MS. legi, vi naturali hæc. Inde conjicio, Plinium scripsisse, quocunque in loco terram moverit quispiam, vi quadam naturali hæc gignitur, protinusque emergit. Sequitur apud eundem. Illa vero non appellato solo ac sponte. Corrigunt, in illa vero etiam non appellato solo è sponsō. Quid sit, solo è sponsō. satis docte exponunt. Dalecampius pro appellato legit apero solo. Omnia scribendum, in illa (Tarrha) vero etiam non apero solo, ac sponte, id est, terra non preparata, mota, soluta, fracta, fossa: quæ paffinationem non passa est. In Tarrha enim nascitur, ex trunco, cæsura, virga, nulla adhibita cura & sponte. Vel, potest legi cum doctissimis viris, in illa vero etiam non appellato solo è sponsō. Verum non debet exponi de solo totius insulæ Cretensis, sed de ter-*

ra, quæ juxta Tarrham. Ut sit sensus, in Creta quidem quocunque loco, si naturalis sit, moveris solum, cupressus gignitur, sed in ea insulæ parte, quæ Tarrha dicitur, etiam in non sua terra, ac minimè naturali provenit, quælis è sponsō, appellari non potest. Verba hæc, maximeque Ideis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, undenives nunquam absunt, plurima. hæc, inquam, habet, ex cap. I. lib. 4. historiarum. Επειτη γεων οὐρανοῖς Ιδεῖσις οὐρανοῖς & τοῖς λαύροις (Plinius albos) καλούμενοι εἰν τοῖς οὐρανοῖς οὐρανοῖς τριάδισμα καὶ κυπρεστήσθε. τοῖς δὲ τοῖς τοῖς οὐρανοῖς τοῖς λαύροις καὶ τοῖς μητροῖς. Περὶ Plinius; Quod miremur alibi non nisi in tempore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. Tacitè nic reprendit Theophrastum, qui hoc capite sexto cupressum fervidis locis reperiit scribit, quod tamen verissimum est. Frigida enim odit, & nihilominus in summis montium jugis, ubi nix non deficit, reperiit. Sed id soli lociq; proprietate fit. Non enim coelum tantum, sed & solum maximè conduceit plantis. Laurus in Zelandia summum fert frigus; in Batavia Brabantiaq; ne hyemē quidem mediocrē fert, quamvis Zelandia frigore non cedat Bataviæ Brabantiaeque. Quod ergo laurus fert in Zelandia hyemem; cauta est, terra calidior, densa, compacta, ex pingui tenacique gleba constans, adeo, ut ob telluris soliditatem frigus per geliditatem ad radicem penetrare nequeat: contra Batavicum, Brabantiumque solum apertum, inane, quodque frigus facile admittat. Idem de cupresso & Creteri tellure dicere liceat. Ex his quæ diximus constat, à Plinio orationem citatam esse ex tribus quatuorve locis Theophrasti compilatam. Hac occasione ex eodē capite unum alterumve locum Plinii examinabimus. Cupressus, inquit, advena & difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius sappiūs, quam de omnibus aliis prodiderit Cato. Natu morosa, fructu supervacua, bacois torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, ut penè fruticos generis; Distisca, & ideo funebri signo ad domos posita. Femina sterilis diu. Metæ demum aspectu, non repudiata distinguendis tantum pinorum ordinibus, nunc vero tonsillis facta in densitate parietum, coercitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahitur etiam in picturas opere historiali, venatus classesque & imagines rerum tenui folio, breviisque & virenti supervestientis. Duo genera earum: meta in fastigium convoluta, quæ & femina appellatur: mas spargit extra se ramos deputaturque & accipit vitem. Vtraque autem immittitur in perticas asseresque amputatione ramorum, qui 13 anno denariis singulis veneunt. Quæstusissima in satus ratione silva: vulgoque dotem filiarum antiquis plantaria appellabant. Hæc Plinius. Recte cupressum, advenam, inquit; quippe ex Creta in Italiam delatam. Recte etiam & difficillime hinc nascentium esse. Minus enim diligentem curam aspernatur, nec tamen sine cultura extra Cretam, vivere potest. Verbosius & sappiūs Catonem de cyprisso agere, inquit; quod hic de cupresso agat cap. 28. cap. 48. & 151. Natu, inquit morosam. De satiohe & cultura cupressi agit Cato locis ciratis, & quomodo Manius Percenninus Nolanus, eam, mōstraverit, his verbis docet. Semen cupressi Tarentinæ, per ver legi oportet: maturum ubi hordeum flavescit, id ubi legeris in sole ponito; (verius Codex, in solem ponito; quod magis Catonem sapit. Docebat enim Aulus Gellius lib. I. cap. 8. ita veteres maluisse efferre.) semen purgato (idem codex, id purgato) id atridum condito; uti aridum, expositum siet, per ver serito, in loco, ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant; ubi aqua propter siet. Eum locum stercorati primum bene, stercore caprino aut ovillo, cum vortito bipalio, terram cum stercore bene permisceto, depurgato ab herba graminibusque. Bene terram comminuto, areas facito pedes latas quaternos, subcavas facito, uti aquam contineri possit. (Hoc loco vetus codex corruptus. Subcavas facito, uti cavæ aquam contrinere possint, vox cavæ delenda, vel legendum, uti areæ aquam continere possint.) Inter eis succos facito, quæ herbas de areis purgare possint. Vbi area factæ erunt, semen serito crebrum, ita uti linum sero solet: Eo crebro terram incernito, dimidiatum digitum terram altam succernito, id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Apud Gellium locus hic lib. 3. cap. 14. reperitur. Marcus Caton in lib. quem de agricultura conscripsit: Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum sero solet, eo crebro terram in sternito dimidiatum digitum: iam id bene tabula, aut pedibus, aut manibus complanato. Dimidiatum, inquit, digitum, non dimidium. Nam digitus quidem dimidiatum, digitum autem ipsum dimidiatum dici oportet. Et Gellii & Catonis codex corruptus. Scribe. Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum sero solet, eo crebro terram incernito, dimidiatum